etiam quod credidisti lucis excipias: ut possis in omnibus nosse quid facturus sis. **N**am sine diuina legis et disciplina celestis scientia difficile quod posse saluari. non meo sed diuino sermo probabit ait **Isaias** Qui non dicitur iustitia dei: ueritate non faciet. Item de hoc ipso in libro sapientie. Et quis erit columinus iter filios hominum si abfuerit ab illo sapientia dei in nihilum computabitur. **D**ani enim sunt omnes homines: quibus non est scientia dei. **U**nde dominus in euangelio ad eos qui aliter quam se ueritas habebat suspicantes erat respondit Errantes nescientes scripturas. ostendens in summa rerum salutarium nebula et tenebris constitutos eos qui spirituales lucernam id est diuina legis scientiam habere nolent accessum quam quidam repellentes per prophetam a domo repelluntur sicut scriptum est. **Q**uia tu scientiam repulisti repellam et ego te. **N**ullo igitur modo passim nos nostro iudicio committamus: ne nobis exclamet **Isaias**: **D**e qui prudentes sunt apud semetipsos et in conspectu suo periti. **U**nde et apostolus ait Si quis sibi uideatur sapiens esse in hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens: sapientia enim huius mundi inuitia est apud deum. **P**ropter quod ad regem tyri dicitur humana sapientia gloriantem. **S**apienter enim non euidenter te doctrina celestis et sapientia dei. **E**st et sapientia hominum non negamus: sed una suadet ad uitam. alia impellit ad mortem: quia sapientia humana quae stultitia a reprehenditur et apostoli spiritu definitur tanquam mortis et materia aeterni iudicij approbatur sicut scriptum est in propheta **S**imul insipiens et stultus peribunt. **I**nsipiens qui dixit in corde suo non est deus. **E**t stultus quauis deum ore fateatur in actione plenus uitae in perpetuum non prospexit sicut scriptum est **M**elior est puer pauper et sapiens quam rex stultus et senex: qui nescit in posterum prospicere. **B**onum est quidem homini sapere si iuxta scripturas ad hoc sapiat ut prouidentiam habeat futurorum mortalitatis statum per quotidie morientium hominum exitus: et totius seculi paulatimque per detrimenda labentis ruinam considerans. **E**xterius si quis usurpat semel intentionis ducatur in uitium: et sua se magis quam uelit gubernari sapientia diuinaque lege posposita. propria consilia dei consiliis anteponeat. **H**anc prophetam clamans timeat uocem. **D**e despicientibus legem domini: timor fouea et laqueus. **S**icut enim pluuia ualida inuitia est. Ita qui reliquunt legem laudant impietatem: qui autem diligunt legem circumdant sibi murum. **B**eatus uir qui in lege eius die noctaque meditatur cuius animus aliud nescit quam sermonis dei eloquia retractare. **Q**uanto a terrena cogitatione remotior est. tanto deo uicinius est et caelo. **Q**uod non immerito diuinus sermo collaudat: et uere ditiores diuinibus profert dicens **B**eatus homo qui inuenit sapientiam melius est enim eam mercari quam aurum et argenti thesauros preciosior est lapidibus preciosioribus. **I**tem omne aurum in computatione illius harena exigua et tanquam lutum estimabitur argenti ab illa: sed dum in exhortatione sapientiae diuinae imoratur. **N**eque forte existimet nos contra apostolum doctorum legis profertur factori suo ordine respondebitur oportere prius nosse quid iustum sit. quid uerum prohibitus ut scientes utrunque seruemus. **A**lloqui ante scientiam mandati impossibile est nosse quid fiat. **I**tem merarius factus est si nostrae uoluntatis legem nobis putemus posse sufficere: cum est apostolus legamus fuisse sub lege. ipso dicente. **D**eo qui sine lege erat quasi sine lege essem cum sine lege dei non essem sed in lege christi essem. **E**t alibi iuicem onera uestra portate et sic implebitis legem christi. **Q**ui paterna pietate christi passione redempti sunt: **E**t qui ad hoc redempti sunt: ut redemptoris iura seruantes ad uitam se in caelo reposita praeparent. **A**d quam redempti licet nullo modo peruenire dicuntur nisi ea quae iubentur obsequio

competentibus exequantur sicut scriptum est. **S**i uis ad uitam uentre serua precepta. **H**oc est ab omni illicito quo prohiberis recedas: et ad omne bonum quod iubetur. prout accedas: ne in pristinis uiciorum concupiscentiis perseverans: fidem quam deo credidisti ueteris peccati alii cuius adhuc amore corrumpas. **E**t agnitio dei quae per nouam gratiam reuelata est per delicta uioletur dicente propheta **M**endacium et non fides preualuit super terram: quia a malis in mala transierunt et me non cognouerunt dicit dominus. **U**nde et beatus apostolus **J**oanes paria te statuer qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est: et in hoc ueritas non est. **E**t iterum **O**mnis qui peccat non uidet deum nec cognouit eum et peccatum non in uno tantum mandatorum genere sed in utroque consistit. **P**eccat quidem ille qui imperata neglexerit sed plus peccat qui interdicta non seruat. **S**acrificia et uota reprobantur oblationum: nisi purus et sanctus fuerit animus offerentis: et immaculatam hostiam faciunt in digna precordia maculata dicente domino **S**i offero munus tuum ad altare et illic recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersus te reliquum illic munus tuum. **O**mnino oblatione et hostia preciosior est obtemperantia mandatorum dicens te propheta **E**cce dico obedientia melior est quam uictima et obauditio quam quod aduersus arietem. **E**t alibi **I**nitium bonae uiae facere iuxta quae accepta sunt apud deum magis quam immolare hostias. **E**t alibi **Q**ui conseruat legem multiplicat oblationem. **S**acrificium salutare est attendere mandatum: et discedere ab omni iniquitate et propiciationem uitare sacrificiis super iniustitiam. **N**on nobis blandiri debemus in factis iustorum si in prohibitorum transgressionem peccemus: cum transgressionis crimine benefacti meritum tollat. **Q**uod non mei sensus assertio: sed utriusque testamenti exempla probant. **U**bi inuenimus et dei amicos ob unius contemptum errore bonorum retro factorum munificentiam perdidisse. **S**ic **A**dam dum diabolo credidit facile se ducenti post familiaritatem: et eloquium dei unius point cupiditate superatus perdidit paradisum. **E**t quia per transgressionem unum habere presumpsit: multa simul bona amisit: sic uxor. **L**oth post angelorum obsequia contra interdictum retro respiciens in figmentum salis repetemutata est. **S**ic **S**ameus eadem die qua mirabilia fecerat gratia prophetali a leone electus occiditur. **S**ic infelicissimus **J**udas post electionis meritum. post signorum gloriam. per apostolicam dignitatem. ex ignis stupis amore deceptus. cui tribunal promittebatur in caelo. **L**aqueo captus est in terra: et nobis per alienarum solus mundo rerum fraudulentiam periculum inuenire putemus: reminiscamur ananiam et saphiram non de aliena appetita pecunia: sed de sua timide erogata danatos. **R**ogo post tot documenta: tot mortes unde in nobis crescit impunitas delinquentium quis hic praesumptionis spiritus qui tanta in animo nostro operatur audaciam ut cum sanctos homines de leuibz et culpis uideamus esse punitos: et nos quotidie in maioribus et pluribus delinquentes aeternos in media damnatione fore credamus: quamquam leue non sit deum etiam in exiguo continere: qui non tantum ad qualitates peccati respicit: sed ad personam contemptum. **P**ropter quod homini non solum intendendus est quale sit quod iubetur. sed quantum sit ille qui iubet. **E**xcluditur hoc loco uulgaris illa sententia qua mihi suo iudicio religiosi et qui sapientes sibi met uidentur dicere solent. **S**ufficit nobis ut non criminalia peccata et maiora faciamus: facilis est enim omisso minorum delictorum qui dum animalia sapientia occupant animos spiritalem intelligentiam et conuictu diuinam legis ignorat: quae saepe peccatum ostendit. quod nobis non uidetur esse peccatum: et quod illic pietate facit: ubi nos opus impietatis ostendimus. **S**aul. **E**t




Tosaphat reges fuerunt populi israhel. et dux misericordiam his quos deus oderat praestiterunt dei offensam in opere pietatis iurrunt. **E**cōtrario Phinees filius Leui gratia dei humana cede et suorum patricidio meruerunt: **V**ides quātum ab humanis sensibus per nostras ipeitiam discrepet diuina sententia: ut nobis iterdus caelestis iudicis dispensationes nescientibus iniusta uideatur quae p̄ causarum scientiam. iusta satis et recta facta probantur. **R**ursum ea quae nostro iudicio bona probantur apud deum plerumque reprobata et ingrata uidentur. quibus hodie patris **A**brahae exemplo innoxium uolens filium trucidare humano iudicio non crederetur infans. eōtra quis in tactu arce diuinae imitatus **O**siam hominum sententia dānaretur **E**piscopus ephesiorum angelus in apocalypsi nuncupatus qui causa nominis christi passionum multarum uictorias intra conscientia retiebat: quia in ipsis passionibus a primae conuersationis feruore animi calorem paululum tempasset ad poenitentiam reuocatur dicente scriptura **N**ouit opera tua et patientias tuas et quia potes sustinere malos sed habeo aduersus te pauca quia charitatem tuam pristinas reliquisti memento unde excideris et age poenitentiam. **E**ōsideremus ergo quātus casus sit temere cōtinentis: quāta ruina esse dicitur in negligētia obsequētis: uel quas dānationē excepturos credimus esse in deuotos: cum tantam reprobationē deuotus exceperit. **I**epidum discipulum nō amat christus. **Q**ui uult meus esse discipulus ait **A**bneget semetipsum sibi et tollat crucē suās et sequatur me. **A**portet uos p̄ multas tribulationes itroire in regnum caelorum. **B**eati estis cum uos maledixerint homines et p̄secuti fuerint: et dixerint oē malus ad uersus uos: gaudete et exultate. quia merces uestra copiosa ē in caelis. **F**uturae uitae gloria praesentis uitae incommodis comparantur: christianis uexilla crucis sunt delicta. **T**rophaea nostra uitae non pompis sed miseris reportantur. **I**n nostra classe uiri fortes obprobria sciunt portare nō munera. **P**auertati nō nobilitati futurorum beatitudo promittitur. **R**etrabit quidē senatorē uerecundia ne sequatur pauperes christus sed audiat a christo qui me cōfessus fuerit et uerba mea in generatione hac adultera et peccatrice et filius hominis cōfundet eum in gloria patris sui cum angelis sanctis. **D**urpe est inter parētes senatores atq; grāmaticos scholasticum pro christo uoluntaria humilitate deiectum uerbis simplicibus esse cōtentum. **D**isplacet amicis si post ambitiosi habitus cultum. plebes et ignobilis idumēta mutentur. **S**ed si hominibus placere uellē ait apostolus christi seruus non esse: et propheta in psalmo ait **Q**uonia deus dissipat ossa eorum. **Q**ui hominibus placent cōfusi sunt quonia deus noster spūit eos. **Q**uātum bonum est humana offensio p̄ quā iuentur seruitus christi: tantum perniciosa est amicitia q̄ dei praestat offensā. **S**icuti scriptus est **Q**ui uoluerit amicus fieri huius mundi inimicus dei cōstituetur. **D**icat unusquisque quod uelit **E**go interi de me pro sensus mei paruitate iudicauit melius esse confundi corā peccatoribus sup̄ terrā: quā corā angelis scis in caelo uel ubique iudicium suus dominus uoluerit demonstrare. **E**saia uir in sua gente nobilissimus qui socer regis **E**zechia fuisse refertur iussu dei deposito cōlicio nudus incedit: nec tam ardui praeccepti pudore deterritus est: quo minus ipeius dei sequeretur: quia nihil honestius esse homini q̄ creatori suo parere iudicabat. **J**oannes baptista nobilis et in carne et in spiritu natus cōluctum a pueritia in habitum: et locustas elegit in cibum. **Q**ui nec peccati cōscientia nec paupertatis inopia ad huius gloriae oneris: sed sola futuri saeculi beatitudine traheretur. **A**postoli tam sperant et adhuc

stulti et inuiles: et tenuis fidei arguuntur. **N**on sunt cōdignae passionibus huius tēporis ad futurā gloriae: quae reuelabitur in nobis. **I**nde oculus mentis **P**aulus futura cōtemplans dicebat quis nos separabit a charitate christi? **T**ribulatio? an angustia? an persecutio? an fames an periculum? an gladius? illos pericula non separant nos uoluptates. **I**lli cathenas baiulant innocentes: nos aurum circūferimus criminosi. **I**lli in carceribus uincti nos in tricliniis delicatis. illi in neruo positi deum pro corde et sincera cogitatione laudantes: nos in ipsa forte ecclia de forensibus calumniis cogitamus. **E**t cum omnibus aequaliter legis data sit gratia cōcessa gebēna seu caeli regna promissa sit. **A**lli de diuitiis: alii de uirtute meditantur. cumque dictum sit generaliter omnibus **D**ominum deum tuum adorabis: et illi soli serues. **A**llis in nocentia misericordia castitate: ieiunio deo fideliter et sine cessacōe seruire uolumus dominos elegimus. **S**i quidē iuxta euangelii sententiā omnis qui facit peccatum seruus est peccati. **E**t re uera si amator pecuniae si si gloriae: **S**i superbiae: si ambitionis atq; pōpae: dum illis omne studium mex uoluntatis intēdo: domino seruire nō possum. **Q**uia duobus dominis neminē seruire posse scriptus ē. **N**ō estis uestri dicit **A**postolus. **E**mp̄. n. estis precio magno: glorificate et portate deum in corpore uestro. **A**lemētē spiritus scis nostro iure nos cōuenit. **S**ciens hoc in usu publico apud oēs homines custodiri ut tāto seruus in opere domini esset instantior: quanto esset maior peculio cōparatus: ut intelligāus quā strenuē esse debeāt in opere dei qui redempti sunt sanguine christi: uel quam criminosi debeant iudicari: qui cum sciant pro precio suae salutis christi sanguine datum alteri qui nihil praestitit magis p̄beant seruitutem. **R**ogo quo pudore obsequi aut laboris sui mercedem sperabit a caelo cuius sollicitudo fuerit omnis in terra. **Q**uercenarius saeculi nō pōt accipere p̄mium christi. **O**mnis miles in castris sperat iure annonā qui fortiter in praetio pro ciuibus laborauerit. **D**ignus quidē ē operarius mercede sua sed et hoc dignum ē ut inde p̄mium operis accipiat ubi totius operā laboris ipendit. **N**eo militans deo implicat se negotiis secularibus ut placeat ei cui se probauit **A**postoli **V**ox est unde satis timeone forte in illa retributionis die qua ante tribunal christi uenturus secundum sua facta reddendum ē: his qui in terrenis magis negotiis q̄ in caelestibus laborauerunt iusti iudicis responsione dicatur. **I**te si potestis et illi ubi tota deuotione seruistis mercedē uestrae seruitutis exigit. talis causa ē utrum de euāgelio quiq; stultarum quae dum sollicitudinē saecularium uanitatū se contra professionis suae ordinē occupauerunt: oleum unde uerū lumē accenderēt nō habentes in tenebris remanserunt. sed dicit aliquis: **I**sta exēpla ad paucos pertinet quos deus ad hoc peculiatum officium delegauit: **Q**uia scriptum est. **M**ulti sunt uocati pauci uero electi. **H**oc primum q̄rere a te et audire uolo. **Q**uisquis es qui ista proponis: si ipsius dei electio est cuius est et uocatio. quid uoluit plures uocare qui paucos de pluribus erat electurus. **L**erte de duobus uocatis illis uis stare quē deus electione statuerit: et illum cōtra cedere quē deus electionis uirtute nō munit. **Q**uā si ista est hae bona ad nos pertinent ac ratione nec mala. **E**t sic erit ut nec culpa poenā habeat nec benefacta laudemur. **S**ed ad hae respondebit apostolus **S**i ista est quomodo deus iudicabit hunc mundum deinde si paucos quos dicit electos solos sanctos existimas qui uocati sunt: reprobos dicit. **Q**uomodo idē apostolus paulus in epistolarum suarum principiis uocatos sanctos appellat sicut in frōte codicis ad romanos loquitur dicens **O**mnibus qui

sunt romæ in caritate dei uocatis sanctis. Si pro paucis passus est christus: iustum est ut pauci mandata christi custodiant. Si autem indiscrete omnes qui credimus sacramentis in baptismo passionis accipimus: si omnes æqualiter diabolo renuntiavimus et mundo: si omnibus haud recte uinibus gehennæ poena promittitur: oēs debemus eadē diligentia et cauere prohibita et expleta præcepta. Scimus quidē multas esse apud patrē in celestibus mansiones: sed mansionum iustitia iustiores mansiones differre: sicut et stellam stella dixit apostolus esse clariorē. sed stellam cum stella. non lapidē cōparauit quia terrenus lapis in celestes stellas esse non poterat sicut nec peccator inter iustos in regno celorum. sed quidā gradus sunt gloriæ inter iustos in celo: sicut et inter peccatores gradus poenæ. Sed sicut alia eum qui fratrem fatuum dixerit: alia eum qui racha tormēta cruciabunt: Ita et in regno. Alia paulus apostolum qui ut alios saluos faceret omnia oibus factus ē: alia illius qui nisi se edificare potuit laicus gloria manebit: sed utinā consentiam paucos esse qui dei mandata custodiant. Verum quia pauci sunt qui dei credunt in ueritate iudicium. Ecce si umbrato repete celo solis claritas nostris aspectibus denegetur: et productis ad nostrā humilitatē nubibus pluuiæ terris imminēat: si cōmotis ut assollet elementis in rotam sui currus tonitrua cōditentur. et inde hinc fulgurum iacula palpebris terribiliter obiecta corruscent: quāquā et cōsuetudine ista contingant pauiemus cōtremiscimus et proni ad terrā deposita supbia ceruices sumitimus. Quid faciemus in illa die miserī quando reuoluto celo cum angelicis uirtutibus igneus dominus totus adueniet quando cadētibz de super stellis sol in tenebras: et in sanguinē luna mutabitur. Quando mōtes sicut cæra liquefcent: quādo terra ardebit et arescent flumina et maria siccabuntur cōtra rerum naturas cōsumpto diuinitus humore ariditate in aquis ignis operabitur. Quando peccatores dicent mōtibz. Cadite super nos et collibus tegite nos: Quando uocabunt homines mortē et uocata non ueniet. Quando discrimina uertentur in nota et quæ semp oderunt homines concupiscent: quando illud ipebitur sps quod lugubri Hieramias dicit affectu dicens. Aspexi in terrā et ecce non erant lumina: uidi mōtes et ecce erant trementes et uniuersos colles turbati intendi acie et ecce non erat homo: et omnes uolucres cæli pauebant. Vidi et ecce carmelus deletus et omnes ciuitates succensæ igni a facie domini et a facie iræ indignationis eius: et intererunt uniuersa. Verum ne ex suggestionē diaboli hæc ad terrorē non ad ueritatē dicta crederentur de pteritis futura probantur quādo talia in diluuiō: in Sodomis in ægypto in hierosolymis sæpe ob delicta hominum facta referuntur. Et apli qui hunc horredum diē impiis et peccatoribus puidere meruerunt: humiles erāt: mortuos suscitantes: et nos supra oēs erigimur: qui peccādo quotidie nosmetipsos occidimus: nou respicientes in nobis flebilē infirmāque naturā: quæ nec in aduersitate fortis est: nec in prosperis aliquādo secunda si in tempestate cibis sumptus. aut in moderate potus acceptus. leuem corpori febriculam concitarit. desicimus animā affligimur suspiramus. Nulla cura tunc est sacculi: Nulla Villarum. Nemo de Patrimonio cogitat. Nemo de foro. Omnes calumnix oia lucra in piculis corporis conuiscunt: currunt ad medicos et pro remedio carnali promittuntur munera aurum argentum: interdum et mactia traduntur: et pene totus patrimonium Aut negligitur aut donatur: ut consulator uitæ quādoque perituræ: et pro æterna salute omnis ad modum homo negligens ē. Omnis auarus illic omnis

fragilitas largitoris animi tenacitate constringitur: ubi promptior uoluntas et copiosior largitas deberet operari. Et cum scriptura dicat Nolite diligere mundum nec ea quæ in mundo sunt: nos sic mundana concupiscimus sic amamus quasi aliquid nascentes itulerimus in seculo aut recedentes de seculo nobiscum auferre possumus: Nemo ad breuitates temporis: nemo ad naturam respicit conditionem nemo cōsiderat: nemo retractat uana esse omnia quæ aliquo sine clauduntur. Si autem contigerit ut inter ceteros laquidum uisitatus aut clericus aut sacerdos. aut et laicus seruus dei adueniat rogatur ut oret et qui sæpe pro nihilo cōtēptus fuerat necessitate tempore supplicatur ut precibus suis cōmeatum uitæ longioris obtineat Sic causa discriminis quæ uicia timetur dus despecta eliguntur et p̄ciosa uilescunt. uitæ illiusque post mortē est p̄mutatio figuratur. Vbi iam et lasarus pauper recipitur in requiē et diues in hac uita pomposus uexari fertur in poenis. Et cum sit dominus aut sacerdotum motus oraculis aut creaturæ suæ beneficio aut medicæ arte cōfecta misericordia restituat sanitatē cito succedēte obliuione in cōtrariis oia p̄mutatur. Timor in insolentiā uertitur gratia in contēptum et quasi nihil unquā in cōmodi senserimus aut qui reuocari rursus ad talia nequeamus rebellamus efferimur. et concessum ad poenitentiam uitæ spatium negligimus. nec poenitendo pristina lachrymis peccata diluimus. sed peccata non poenitendo cumulamur. Legamus Esaiam prophetā et necessariā Ezechielis regis aptum huic causæ gramus exemplum: cui morituro anni quidecim ad superiorē uitā propriis fletibus et prophetæ p̄cibus augentur. Quis accepta tantū mueris gratia non peccatis non uoluptatibus non delictis. sed soli domino indultum uitæ spatium humilis et sanctus exhibuit. Verum quia tibi honorabilis et dilectissime parēs p̄ nouā gratiā omnis lachrymarum causa deterfa ē. Age. caue. curre. festina. Age ut in spiritualitate proficias. Caue ne quæ accepisti bonum in cautus et negligēs custos amittas. Curte ut non negligas. Festina ut celerius cōphendas. Siquidē Paulus iam christi catenas pro euāgelii annunciatione circumferens nodum se cōphendisse dicebat. Quāuis hora sexta. i. mediæ ætate domini uincam operaturus quasi feruidus opifex et fidelis aliorum lōgā dubietatē languidumque uiceret teporem. dus sps habemus semiemus in spiritu ut messē in spiritualibus colligamus. Nec attendamus ad paleas quas uentilabrum christi cōtinue se parabit a tritico donec qui uenturus est ueniat. et iuxta prophetæ uaticinium discernatur inter iustum et iustum et inter seruientem deo et non seruientē. Sicut et alibi dominus dicit Ecce qui seruiunt mihi epulabuntur. Vos uero esurietis. Ecce qui seruiunt mihi latabuntur Vos contristabimini non nos inertes uindictæ dies et retributionis iueniat qui iminēs ac uicius esse et seculi ruinas undiq̄ concurrētibus et scripturarum cōtestatione probatur. Cōsideremus quod in hac terra hospites sumus et pegrinorum mori pro diebus nouissimis habitamus. Vos. n. de hoc mundo non estis dicitur nobis Quid ergo in aliena satagimus: quid turbamur? Nō in ueteriori et extranea patria plus eligi possidere quæ sua. De his tantum sollicitudines habere debemus et curam quæ nobiscū transerre possimus Ambiat terra gentiles quibus celestia non debentur. Concupiscunt p̄sentia qui futura non credunt christianis diuinitæ et hæreditas diuinitas christi. nec. n. debent ægre ferre quæ si minus: a ceteris habeant qui auctores omnium peccerunt. sup̄ ut acceptum in corde deum honorēt obsequiis operibus collant sermone semper et cogitatione fateantur ut in aduentu eius non cum contumacibus





et cōtemptoribus puniatur sed cum factis et deū timē  
tibus coronetur. Hoc sane prudētā tuā precor: ne me  
hæc putes superstitionis alicuius persuasione dictasse.  
Ego te christiānus nolo esse nō monachus dici et uirtu-  
tem propriā laudis possidēte magisq̄ nomē alienum.  
Quod frustra a latinis in turba cōmorantibus iponitur  
cum a grecis solitarie uiuentibus legitime deputetur.  
Accipe ergo fili sermonē nostrum ea simplicitate et ue-  
ritate qua dicimus: quia nō quimus hoim gloriā dūo  
testis ē. Nec ad hoc loquimur: ut humanas amicitias  
aucupemur ne nostræ adulationis sermone et nos et a-  
lios decipiamus: nec nos apud homines aliquid uide-  
amur: sed ut apud deum homines magna mereantur.  
De quaestionibus at̄ tuis ut pac̄ tua loquar quia turba  
lētius proponēbas. ego simplici ter respondere uolebā  
quia bellāti dextera pacis dare nō poterā. licet ēt p̄pos-  
terum forte uideatur. Inde aliquid i sine epistolæ retra-  
ctare. Sed quoniā ap̄d christiānos nō tam ordo quaerit̄  
tur q̄ profectus: pauca quæ tibi reor for̄ necessaria cre-  
didi subnectēda donec de cæteris q̄ ut assolet te moue-  
ant p̄sens si iusseris cum p̄sente remotā omni animos-  
tatis cōtentione tractemus. Dixisti enim in fallor hoc  
iure te mala malis reddere et cum iurātibus iurā de-  
bere. qd̄ aliquādo iurauit dominus. at̄ mala malis res-  
tituit. Scio primum non omnia nobis cōuenire seruis  
quæ domino cōueniunt. ne in cōparatione famulus  
domini uideatur iniuria. Alioqui forsitā reclamare in-  
cipimus. *Et* non e uirginibus sed de mulieribus gene-  
ramur. *Aut* cur mortui nostri die tertia nō resurgunt.  
Iurauit scio sape dominus qui nos iurare prohibuit.  
Nec statim ex hoc temē blasphemare debemus q̄ a-  
lios uetuerit quod ipse faciebat. quia dicit nobis p̄t iu-  
rauit dominus quasi dominus quæ iurare nemo pro-  
hibebat. nobis quasi seruis iurare nō licet qui domini  
nostri lege iurā uetamur. Verum ne in eius exemplo  
scandalum patiamur. ex quo tēpore nos iurare uoluit  
nec ipse iurauit. *Et* qualiter de iuramenti causa breuis  
sermone satisfactus ē. Ita et ad uindictæ negotiū hūc  
eundē sensum facile prospicere posse sufficere. Quia ali-  
ud nunc tēpus gratiæ in quo plēitudo p̄fectionis adue-  
nit. Aliud fuit legio: aliud prophetarum dicente domi-  
no Audistis quia dictum ē antiquis ne occiderēt. ego  
at̄ p̄fectiora p̄cipio q̄ in ordine euāgelii digesta suo lo-  
co lector inueniet. Ex quo. n. filius dei filius hominis  
factus est. ex quo uetus sermētum iudaicæ traditio nis  
est factum noua conspersio: ex quo agnus non in figu-  
ra sed in ueritate comeditur. ex quo secundum aposto-  
lus uetera transferunt et facta sunt omnia noua ex quo  
iustum est imagines terreū hominis deponere et assu-  
mere formas cælestis ex quo commortui uiuimus. ex  
eo uirtutibus consurreximus in christo.


**T**ractatus beati Hieronymi de tribus uirtutibus forti-  
tudine sapientia et prudentia. Quarum priori terra me-  
dix orbis terrarum. extremæ cælum in scripturis ascri-  
bitur quā ad diuinā refert sapientia: cuius cōpatione qd̄  
factum est illius sapientius est hominibus. Ubi et expo-  
nit illud de psalmo Eduxit nubes ab extremo terræ de-  
cens p̄ nubes sanctos intelligi.

**R**ES Quodammodo uirtutes dei  
assumens propheta fortitudinē sapi-  
entiam atq̄ prudentiam unicuiq̄ e-  
arum propria opera distribuit. Forti-  
tudini terras sapientia orbē terrarum  
prudētia cælū audi quippe scripturæ  
ordies Dño qui fecit terrā i fortitudinē sua: et erexit or-

bem in sapientia sua et in sua prudentia extendit cælū  
et nos igitur in terra nra dictus ē quippe ad Adam ter-  
ra es. necessariā hēmus fortitudinē dei: quia absq̄ ea  
ipossibile ē nobis id exequi qd̄ carni repugnat. Eū an-  
tē mortificata fuerint mēbra super terrā tunc parēt spl-  
ritus uoluntati liquides iuxta apostolum spiritu gesta  
carni mortificantur. Dominus ergo fecit terrā in forti-  
tudine sua: si at̄ ad hanc terras uenias et cōsideres id  
quod in Job scriptum ē iuxta emēdatissima tamē ex-  
plaria quomodo statuerit eā sup̄ nihilum iuenies for-  
titudinē dei in medietate mundi terræ librā sustineri.  
Denam ergo et ad orbē terrarum qui græce οΙΚΟΥ  
ΜΕΓΗ nuncupatur. i. inhabitata. Scio animā inhabi-  
tatā scō desertam. Si. n. non habet deum patrē si nō  
habet filium dicentē Ego et pater ueniemus ad eum et  
mansionem apud eum faciemus. si nō habet spiritus  
sanctum anima deserta est habitata est at̄ quando plēa  
est deo patre quando habet christum filium et spiritū  
sanctum. Verum differenter hæc et uarie in scripturis  
dicuntur in anima hominis patrē et filium et spiritum  
sanctum cōmorari. Nā et David in psalmo cōfessiois  
tres spiritus postulat dicens Et spiritu principali confir-  
ma me: Spiritum rectum innoua in uisceribus meis.  
Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Qui sunt  
sūt tres spiritus principales spiritus est pater. Rectus  
spiritus filius ē: Spiritus sanctus ē spiritus sanctus.  
Hæc in approbatione eius rei dicimus q̄ habitata. i.  
orbis terrarum in sapientia dei fabricata sit. Sapientia  
quippe auxiliabitur iusto super decē potestatem habē-  
ti ciuitates. Sapientia at̄ et disciplinā qui abicit infelix  
est. et uana spes eius: Et labores eius insensati et sine  
fructu et inutilia opera eius: ait sapientia quæ titulo in-  
scribitur salomoni. Recurro quāto possumus labore ni-  
tamur ut habitata nostra sapientia dei erigatur. Ecce dicit  
habitata nostra postq̄ peccauimus. inique fecimus. in-  
iuste egimus: impie gessimus: et p̄t ruinā indiget erecti-  
one. Accidit quippe et de sublimi corruit uenientibus  
nobis in locum istum miseriarum. Si autē non uis ista  
senteutiā adduci cōmunē totius orbis q̄ramus rui-  
nā ut post casum eius cōsequēter deus erigens p̄rdi-  
cetur. Quicunq̄ enī est in orbe isto ante erectionē cecidit.  
Si at̄ cecidit cōsequēter erigēdus fuit. Nō quip-  
pe sine casu subleuatur. Si at̄ erectus est: uideamus q̄  
rutinā p̄cesserit. Omnes corruimus p̄ peccatus in orbē  
terrarum et dominus erigit qui elisos: eleuauit nos sa-  
centes. In Adam oēs morimur atq̄ ita corruit orbis  
terrarum et indiget erectione ut in christo omnes uiu-  
ficemur. Igitur duplicē intellectus de orbe tradidit  
P̄num quomodo singulæ animæ aut habitatae sint: at̄  
desertæ Alterus quomodo uniuersus orbis pariter de-  
ciderit: et in sua prudentia extendit cælum. Non fortu-  
tu prudentia i cæli dispositione assumpta est. Inuenies  
et in prouerbis dictum Dominus sapientia fundauit  
terras: p̄parauit at̄ cælos prudētia. Est ergo aliqua pru-  
dentia dei: quā nolo extra christum requirere. Oia quip-  
pe q̄ dei sunt christus est. Ipse sapientia eius: ipse forti-  
tudo eius: ipse iustitia: ipse sanctitas et redemptio: ipse  
ut ad p̄sens ueniā ēt prudentia: sed cum sit in subiacen-  
ti pro uarietate sensuū diuersis uocabulis nuncupatur  
aliud significat sapientia: aliud iustitia: Quādo. n. sapi-  
entia dicitur disciplinā te diuinarum humanarumq̄ rerū  
instituit. Quando iustitia distributor et iudex meritorum  
significatur. Quando sanctitas illa uirtus describitur.  
quæ credentes deo efficit sanctos. Ita ergo et mihi pru-  
dentia eius intelligere cum doctrina ē: et demonstratio  
bonarum et malarum rerum siue neutrum atq̄ in hūc  
modum extendisse nunc dicitur *E*cclum in prudentia

hia. Quomodo autem extenditur cælum extendente eus prudentia: Audi quoniam extendit uerba non attendē-  
 tio: Afferit quippe extensionem quandam esse uerborū  
 similiter ut nunc dicitur cælus iuxta illud quoque quod  
 in alio loco scriptum est. Qui extendit cælum ut pellem  
 Extenditur autem et anima nostra quæ prius fuerat cō-  
 tracta ut possit capax esse sapientie dei. Verum ut ad  
 propositum reuertamur. diximus de eo quod prudentia  
 factum sit cælum. et nunc affirmamus eos qui cælestē  
 hominem portant esse cælestes. Si enim ad peccatorē  
 dicitur. Terra es et in terram ibis. Quare non dicatur  
 ad iustum cuius est regnum cælorum. cælum es et in cæ-  
 lum ibis. Aut si propter **E**thoicum idest Terrenum  
 dicitur ei qui portat imagines choici. Terra es et in ter-  
 ram ibis. cur propter cælestes ei qui imaginem cælestis  
 portat. non conueniat dici. cælum es et in cælum ibis.  
 Unusquisque autē nostrus. aut cælestia facta habet aut  
 terrena. Si terrena facta sunt: ad cognatam sibi terras  
 ducunt eum: qui thesaurizat ea in terra et non in cælo  
 Rursusque hæc que iuxta uirtutem gesta sunt thesauri-  
 zatorem suum appropinquātem sibi ad cælorum regio-  
 nem subuehūt. Et eduxit nubes ab extremis terræ. Ipsi  
 uisumque disputatio in psalmo nuper incidit: et dictus est  
 a nobis quomodo deus eduxerit nubes ab extremis  
 terræ. Quod quidem nunc cogimur pertractare. rursus  
 ut hi qui audierunt plenissime. eorum quæ sciunt rem-  
 niscantur: et hi qui aut non interfuerunt: aut sunt oblitū  
 contextum sermonis agnoscant: que tunc prout ualul-  
 mus exhibuimus. Diximus autem sanctos esse nubes.  
 Et enim hoc quod scriptum est. Veritas tua usque ad  
 nubes Non potest referri ad ianimales nubes: sed ue-  
 ritas dei est usque ad illas nubes: quæ audiunt mandatū  
 domini: et nouerunt quo pluuia deferant: et a quibus  
 eas suspendant. De his nubibus dicitur est. Mandabo  
 nubibus meis ne pluant super eam imbrem. De his  
 enim quæ ex desato aere constare dicuntur si nō fuerint  
 pluuia non præcepit dominus ne pluant super uineam  
 aut quancunq; regionem imbrem sed omnino non ap-  
 parent. Ut in tertio regnorum libro legimus. Quando  
 in tempore siccitatis nubes nulla apparuit: et postea  
 iuxta prophetiam. Delix futuræ pluuia lignum in uesti-  
 gio hominis ostensum est. Atque ita post nubem cōglo-  
 batam imber descendit in terras. Iesus uero quasi subsi-  
 stentibus nebulis iubetur pluuia continere: cuius indigna  
 fuerit anima ibre cælesti et dicitur. Mandabo nubibus  
 meis ne pluant super eam imbrem. Itaque unusquisque  
 sanctorum nubes est. Moyses nubes erat et quasi nu-  
 bes loquebatur. Attēde cælū quod loquar et audiat terra  
 sermoes ex ore meo. Expectetur ut pluuia uerba mea  
 et descendant ut ros eloquia mea. Si nō fuisset nubes  
 nunquas dixisset Expectetur ut pluuia uerba mea.  
 Et descendat ut Ros Eloquia mea. Quasi Nu-  
 bes dicebat ut Imber super Gramen et pluuia super  
 scenus quia nomen domini inuocauit. Similiter et E-  
 las ut nubes loquebatur Audi cælus et auribus p̄cipe  
 terra: quia dominus locutus ē. Et quia ipse nubes erat  
 et sciebat alias nubes comprophetantes sibi ideo uati-  
 cinans aiebat. Mandabo nubibus meis ne pluāt sup-  
 eam imbrem. Si autē las didicimus qui sint nubes ul-  
 decamus quomō deus educat nubes ab extremis terræ  
 ait saluator Si quis uult esse primus sit omnibus nouis-  
 simus. Seruauit hoc mādaturū Paulus et fuit nouissi-  
 mus i hoc mundo dicēs. Puto. n. deus nos apostolos  
 nouissimos ostendit: quasi mortificatos quia spectacu-  
 lum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Si  
 quis ergo sanctus custodiens p̄ceptis domini saluato-  
 ris factus fuerit in hac uita nouissimus iste sit nubes.

et eduxit deus nubes nō a finibus terræ. nō a consulis  
 nō a ducibus: nō a diuitibus: sed ab extremis terræ. Be-  
 ati. n. pauperes quoniam uestrum est regnum cælorum  
 Vides quō ab extrēis terræ ducat deus corporeas ne-  
 bulas propterea si uolumus nubes fieri ad quas per-  
 ueniat ueritas dei nouissimi omnibus fiamus et tā affe-  
 ctu quod opere dicamus puto non enim nos deus aposto-  
 los nouissimos ostendit. Ad si nō suus aplūs licet tamē  
 mihi fieri extremum ut educens ab extremo terræ edu-  
 cat et me et fulgura in pluuia faciat. Aiuunt naturalius  
 causarum scrutatores quia fulgura ex nubium collisio-  
 ne generatur in morē silicum duriorum quos cum cō-  
 plosis. i. collisio sibi medius ex his ignis elabitur.  
 atque cum fulgore pariter et tonitrua mugire. Tonitru-  
 scilicet sonitu indicatē cōkursus et fulgura excussi lumis  
 claritate. Si intellexisti exēplis considera nunc nubes  
 rationales. Moyses nubes erat: iesus nauē nubes ē-  
 rat isti si secum colloquatur ex sermonibus eorū fulgu-  
 ra miscant. Hieremias et Baruch nubes erant: Sermo  
 cinentur inuicē et uidebis rutilare fulgores. potes et in  
 ipse de scripturis factis in hunc modum nubium inue-  
 nire cōkursus: ex quibus ignes emittantur. Ut aut et ad  
 nouum testamētum ueniamus: Paulus et Siluanus  
 dux nubes in unum cōuenerunt: et ecce totum mundū  
 epistola eorum fulgor illuminat. Fulgura in pluuia  
 fecit et eduxit uentos de thesauris suis. Ergo ne hi uē-  
 ti qui super terrā perflant dei sunt et nō horum natura  
 manifesta ē quomō et qua ratioe subitāt: sed sunt quid-  
 dā uentorum thesauri: thesauri spirituum. Spiritus sa-  
 pientie et intellectus: spiritus cōsiliū et uirtutis. spiritus  
 fortitudinis scientie et pietatis: spiritus timoris domini  
 fortitudinis dilectionis et caritatis. potes et ipse de scrip-  
 turis quos uētos cōgregare: et istorum spirituum inue-  
 nire thesauros: Vbi sunt isti thesauri utiq; in eo i quo  
 sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi: In  
 christo sedem habēt: in de oriuntur hi spiritus: ut alius  
 sapiens sit: alius fidelis: alius eruditus: Et alius quod  
 cunq; donorum dei possideat: alii. n. p̄ spiritum datur  
 sermo sapientie: alii sermo scientie iuxta eundem sp̄  
 alii fides in eodē spiritu: Eduxit ergo nubes ab extrēo  
 terræ. Fulgura i pluuia fecit et eduxit uētos de thesau-  
 ris suis: et nos iuxta misericordias dei ad hos thesau-  
 ros cōkursuros putamus: et quia plures sunt thesauri  
 forte iuxta ordinē resurgētium: erit et requies i thesau-  
 ris dei. Quod aut dico istiusmodi est resurrectio mortu-  
 orum in quibusdam ordinibus futura ē: At quippe a  
 postolus. Unusquisque aut resurget in suo ordine: et non  
 ut libet miscantur ordines resurgētium. Alius ordo erit  
 in illo et in illo thesauro dei. Alius ordo in alio et in  
 alio thesauro dei. Ipsi aut omnes thesauri unum habēt  
 thesaurus. In quo sunt oēs thesauri sapientie et scien-  
 tie absconditi. Et quomodo possideo unā p̄ciosissimas  
 margaritā p̄ plures alias margaritas: Sic uēto ad the-  
 saurum thesaurorum et dominus dominorum: et regē  
 regum: cum dignus fuero spiritibus i dei thesauros cō-  
 morantibus. Eduxit. n. uentos de thesauris suis. Infa-  
 tuatus est omnis homo a scientia. Omnis homo si in-  
 fatuatus ē a scientia: et paulus est homo: ergo paulus  
 infatuatus est a scientia. Ex parte. n. ait cognoscimus  
 et ex parte prophetamus: infatuatus est ergo a scientia  
 uidens p̄ speculum in enigmate: portunculā quandam  
 uidēs. et si sic expedit dicere ipsius quoque portunculæ  
 partem minimā recognoscens. Ecōtrario aut intelligēs  
 quid sit infatuatus est omnis homo a scientia cōpara-  
 tione peccatorum hierusalē: sodomorum peccatum iu-  
 stitia est. Iustificata est. n. ait sodoma ex te. Quomodo  
 enim nō habēt iustitiā sodomorum peccata per se sed



collationē maiorum scelerum iustificatur. sic ecōtrario scia Pauli ad illā celestē sciētā ad illā cōsumatus electiōnis intellectum stultitia reputatur. Ad circo ifatuus est omnis homo a sciētā. Tale quiddā Ecclesiastes deprehēdens ut arbitror effatus est. Nisi sapiens efficiat et ipsa elongauit se a me āplius q̄ erat et alta profunditas quis inueniet eā. Nolans quiddā audēter is dicez Quōiā hoc qd̄ descendit i mundū euacuauit seips ut e uacuatōe eius mundus cōpleretur. Si autē hoc quod descendit in mundum euacuauit se euacuatio ipsa sapientia est. Quoniam quod fatuus ē dei: sapientius est hominibus. Si ego dixissem fatuum dei quō aucupes sermonum meorum et semper dediti ad crimināduz uenatas in me linguas uibraret. Nunc uero Paulus quasi sapiens et potestātē habēs apostolicā ausus est dicere Omne sapientiā terrenā quā in se quā i Petro q̄ in ceteris apostolis erat: quā in istum mundus descēderat: stultitiam esse dei. Ad cōparationē quippe illius sapientiā quā terrenus non capit locus ad illā sapientiā quā celestis est. quā mundi limitē excedit. Hoc qd̄ descendit ad hominē fatuum dei est. Verum idipsum fatuum dei sapientius est hominibus: quibus hominibus non utiqz stultis sed sapientibus. Dico licet sapientes huius seculi siue principes siue uates istis sapientibus seculi: hoc qd̄ exposuimus fatuum dei sapientius est. Mirabile quiddā uolumus inserere: quoniam sapientiā mundi stultitia est apud deum. et infatuauit deus sapientias mundi. Nō i sapientiā sua infatuauit sapientiā mundi ut esse stultitia arguatur. Neqz. n. dignatur sapientiā dei ad mundi sapientiā cōiucendā tota descendere: s; potius modicum hoc est incarnationis sacramentum: qd̄ necessarium fuit qd̄ fatuum dei erat: ut hoc paruo et fatuo dei infatuaretur sapientiā seculi. Non. n. ualebat seculi sapientiā magnitudinē in se uenientis sapientiā sustinere. Verus exēplum interponā: ut p̄spicue possit intelligi: quomodo fatuum dei stultā fecerit sapientiā mundi. Fingamus paulisper me qui aliquid puto nosse: cum insipiente aliquo et inerudito conferre sermonem: qui nihil intelligit: nihil acutē disputationis ite roget. Nunquid nā mibi opus ē ad illius stultitiā coarguendā dialecticā artē calliditatē: et profundorum sensuum acumen adhibere. Nonne ad unius sermunculū factum uilis et modicus: qui tamē illius itelligētia uideatur acerrimus fatuum eum esse et insipientē cōiucam. Sic iḡ ad mundi sapientiā stultificādas: non est opus sapientiā dei descendere: et cum ea cōluctari q̄ deorsum est sapientiā: sed sufficit fatuum dei: quoniam sapientius est hominibus: et infirmum dei: quia fortius ē hominibus: et omnia cōtraria saluator meus et dominus meus assumpsit: ut cōtrariis dissoluat cōtraria: et cōfirmemur ab infirmitate eius: et sapientes efficiamur a fatuo eius: et in hoc introducti possumus ascendere ad sapientiā et uirtutem dei Iesum christum cui est gloria et uirtus et imperium in secula seculorum Amen.

Ad Laetorinā materterā epistola de odio fugiendo et pace cōsequenda: in qua p̄catur ut uetere rancore d̄posito sibi recōcilietur.

**I**ANNES idem apostolus et euāgelista i epistola sua ait Qui odit fratrem suum homicida est et recte: quia enim homicidium ex odio saepe nascitur. Quicunqz odit etiā si gladio necdum percussit: animo tamē homicida est. Sur aso tale principium? scilicet ut ueteri rancore d̄posito mundum pectoris deo paremus habitaculus

Trasemi inquit dauid et nolite peccare. Hoc quid uelit intelligi apostolus plenius interpretatur dicens Sol non occidat super iracundias uestram. Quid agemus nos in die iudicii sup quorum iram non unius diei sed tantorum annorum sol testis occubuit. Dominus loquitur in euangelio si offero munus tuum ad altare: ibiqz rememoratus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersus te: relique ibi munus tuum ante altare: et uad reconciliari prius fratri tuo et sic offeres munus tuum ad altare. Ne mibi misero: ne dicā et tibi qui tāto tempore at nō obtulisti munus ad altare: aut ira p̄manēte si ne causa obtulisti. Quō in quotidiana p̄ce inq̄ dicit Et mitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris animo discrepate cum uerbis: oratione dissidente cus factis. Precor itaqz q̄ et aū annū prioribus litteris rogauerā ut pacē quā nobis dominus reliquit habeamus: et meum desiderius et tuā mentē christus intueatur i breui atē tribunal eius recōciliata seu scissa concordia at p̄mum recuperabit at p̄cniā. quod si tu quod procul absit uolueris: ego liber ero: Epistola ne hāc mea cum lecta fuerit abluet.

Si quis ad institutionē christianā cōuersatiois plura p̄cepta desiderat. requirat tractatus beati Hieronymi credulitatis ac cōuersationis christianā: quē in prima pte inter epistolas de fide locauit: quoniam etiam de fide tractabat: Incipit autē Dauid gloriosus: et habetur primo uolumine epistolarum folio.

P̄missis his quā ad institutionē ac p̄fectionē humanam generaliter cōuenire uidentur substituenda sunt q̄ sigillatim unicuiqz atati graduiqz cōueniunt. ubi spiritaliter de uirtutibus p̄tractatur: Et secundum naturā ordinē primā atatis p̄mittenda sunt.

Sequitur igitur secundus Liber siue tractatus tertis p̄tis principalis epistolarū beati Hieronymi De institutione puerilis atatis Beati Hieronymi ad Athletā de institutione filix docētis qualiter educāda cui nutrici cōmitēda sit quomodo i timorē domini et bonis moribus ibuenda. et a quali p̄ceptore sit erudiēda monētis eā gradūsculā a fūco a frequentia uisuros a balneis musica lautiore cōuuiuo et uino cōhiberi. In uisioribus operibus manus ac moderatis ieiuniis exerceri lectis omnibus diuinorum ac probatorum auctorum institutis Ac docētis in quibus potissimum libris debeat oblectari

**A**POSTOLUS Paulus scribens ad Lorimbios et rudē christi ecclesiā sacris instruens disciplinis inter cetera mandata hoc quoqz posuit dicens Si qua mulier habeat uirum infidelem et hic consentit habitare cum ea non dimittat uirum suum. Sanctificatus ē. n. uir infidelis propter mulierē fidelem. et sanctificata est mulier i fidelis per uirum fideles. Alioqui filii uestri imundi esent: nunc autē mundi sunt. Si cui forte hactenus uidebantur nūmum disciplinā uincula laxata et p̄cepto indulgentia p̄ceptoris consideret domum patris tui clarissimi quidē et eruditissimi uiri sed adhuc ambulantis in tenebras. Et intelliget cōsilio apostoli illum profecisse ut radice amaritudinē dulcedo fructuum cōpensaret. et uiles uirgule balsama p̄ciosa sudarent. Tu es nata de impari matrimonio: sed de te et toxotione Paula generata ē Quis hoc crederet. ut albi pontificis nepotis de repromissione matris filia nasceretur ut p̄sente et gaudente auo paruulā: adhuc ligua balbutiētis alle

luta resonaret et uirginem christi suo gremio senex nu-  
 triret? Bene et feliciter expectauimus: facta et fidelis  
 domus unum sanctificat infideles. Jam caditatus est  
 fide. que filiorum et nepotum credens turba circundat.  
 Ego puto etiam ipsum iuuenem: si habuisset tales cognati  
 ones potuisse in christo credere. Despuat licet et ride  
 at epistola meas. et me ut stultum et insanum clamet  
 Hoc et gener eius faciebat antequam crederet: sunt non  
 nascuntur christiani auratum squallet capitolium fuligine et  
 araneas telis omnia roma templa copta sunt. Quod  
 uetur urbs sedibus suis et inundans populus ante de  
 lubra semiruta currit ad martyrum tumulos. Si non  
 extorquet fidem prudentia extorqueat. saltem uerecun-  
 dia. Hoc Athleta religiosissima in christo filia dictum  
 sit ut non desperes parentis salutem et eadem fide qua merui  
 si filiam et patrem recipias totiusque domus beatitudie  
 perfruaris scens illud a domino repositum. quod a  
 pud homines impossibilia sunt apud deum possibilia sunt  
 Nunquam est sera confessio. Latro de cruce transiit ad  
 paradysum. Nabuchodonosor rex babilonis post effera-  
 tionem corporis et cordis et beluarum in heremo con-  
 uictum mentem recepit humanam. Et ut omittam uetera  
 ne apud incredulos nimis fabulosa uideantur. Ante  
 paucos annos propinquus uester Gracchus nobilitatem  
 patriciam nomine sonans cum prefectura regeret urbanam  
 non ne specum mirrae et omnia portentosa simulacra  
 quibus coram niphis miles leoperfes: Deliodromus:  
 pariter innitiantur subuertit fregit exussit. et his quasi  
 obsidibus ante premissis impetrauit baptismum christi?  
 Solitudinem patitur et in urbe gentilitas. Diu quondam  
 nationum cum bubonibus et noctuis in solis culum  
 nibus remanserunt. Vexilla militum crucis insignia sunt  
 Regum purpuras et ardentis diadematum gemmas  
 patibuli salutaris pictura condecorat. Jam aegyptius  
 olim serapis factus est christianus. Carnas gaze in-  
 clusus Luget et euerione templi iugiter pertimescit. De  
 dia perside: Aethiopia monachorum quotidie turbas  
 suscipimus. Deposuit pharetras armatus. Vani discant  
 psalterium: Scythia frigora feruent calore fidei. Ge-  
 tarum rutulus et flauus exercitus ecclesiarum circum-  
 fert tetoria: Et ideo forsitan contra nos aqua pugnant  
 acie: quia pari religione consistunt. Pene lapsus sum ad  
 aliam materiam: et currente rota dum urceum facere cogi-  
 to amphoram finxit manus. Propositum. n. mihi erat  
 sancta Marcellae et tuas precibus iniciatus ad matrem  
 idest a te sermonem dirigere et docere quomodo pau-  
 lam nostram instituere debeas: quae prius in christo est  
 consecrata quam genita: qua ante uouisti quam utero conce-  
 pisti. Vidimus aliquid tibi nosiris de prophetalibus  
 libris Anna sterilitatem altum fecunditate mutauit: Tu  
 luctuosam uitalibus liberis commutasti. fidens loquor  
 accepturam te filios quam primum sortum domino reddi  
 disti. Ita sunt primogenita quae offeruntur in lege. sic  
 natus est samuel. sic ortus est sapsion. Sic iohannes bap-  
 tista propheta ad introitum Mariae exultauit et iussit.  
 Audiebat. n. uerba domini per os uirginis pronantis  
 et de utero matris in occursum eius gestiebat erumpe-  
 re. Igitur quam de repromissione nata est dignam habeat or-  
 tu suo institutionem parentum. Samuel nutritur in tem-  
 plo: iohannes in solitudine preparatur ille sacro crine ue-  
 nerabilis est. Vinum et siceram non bibit: adhuc puulus  
 cum domino sermocinatur: hic fugit urbes: zona pellis  
 cea cingitur: locustis alitur: et melle siluestri: et i typus  
 penitentiae predicandae tortuosissimi animalis exuuis.  
 sic erudienda est anima quam futura est templum dei. Nihil  
 aliud discat audire nisi aliquid loqui nisi quod ad timores  
 dei pertinet. Turpia non intelligat: caetera mundi ignoret

adhuc tenera lingua psalmis dulcibus ibuatur: procul sit  
 atas lasciuia puerorum: ipsa puella et pedisse quae sa-  
 cularibus consortiis arceantur: ne quod male didicerit  
 prius doceant: fiant ei litterae uel buxae uel eburnae  
 et suis nominibus appellentur. Ludat in eis ut et ludus  
 eius eruditio sit: et non solus ordinem teneat litterarum:  
 et memoria nominum in canticum traseat: sed ipse inter  
 se crebro ordo turbetur et mediis uicta et prius media  
 misceatur: ut eas non sono tantum sed et uisu nouerit  
 Quis uero coeperit trementi manu stilus in atram duce  
 uel alterius supposita manu teneri regatur articuli: uel  
 in tabella sculpatur elementa: ut per eosdem sulcos inclu-  
 sa marginibus trabatur uestigia: et foras non queant  
 euagari: syllabas iungat ad primum et quibus illa atas  
 delectari potest munusculis inuitetur. Dabeat et in dis-  
 cendo socias quibus inuideat: quarum laudibus mor-  
 deatur. Non est obiurganda si tardior sit: sed laudibus  
 excitandus ingenius ut et uicisse se gaudeat et uicta dole-  
 at. Laudus iprimis ne oderit studia: ne amaritudo e-  
 orum precepta infatiga: ultra rudes annos traseat. Ipsa  
 nomina per quae consueuit paulatim uerba coetere: non  
 sint fortuita: sed certa et coaceruata de industria pro-  
 phetarum uidelicet atque apostolorum et omnia ab Adae  
 patriarcharum series de mattheo lucaque descendat ut  
 dum aliud agit futura memoriam praeparatur. Magister  
 proba atatis et uix eruditioisq; eligendus est. Nec pu-  
 to erubescet doctus uir id facere in propinqua uel in no-  
 bili genere: quod aristoteles fecit in philippi filio ut ipse in li-  
 brariorum uilitate inuicta monstraret litterarum. Non sunt  
 contemnenda quali parua sunt sine quibus magna consisti-  
 re non possunt. Ipse elementorum ordo et parua insti-  
in illis esse partes et membra uirtutum: in ep̄o plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter. Atq; ita est ut in episcopis dominus in presbyteris apostolos qui et ipsi sunt recognoscat. Sed quia scriptus est Non uos me elegistis sed ego elegi uos sumus sacerdos. Omnes enim suam potestate deus discipulis dedit et moysen deum dici uoluit pharaonis. Atq; ipse homo iesus christus maior in eo quod in carne apparuit fuit et hoc mysterium ecclesie qd̄ Esdras scripsit qui dem in quinque gradibus collocatum sensus nostri captus tenet: Namq; uisus episcopatus presbyteria datur secundum quod scriptum est. Speculatore te posuit domus israel. Leuita odoratus quia ip̄i sacerdotibus iuncti columnarum et fundamentum ueritatis sunt: ip̄i episcopi forma puris mentibus odor uitae in uita sunt: et per manus eorum odor sacrificii ascendit in conspectu dei. Natinei auditui ut audiant uniuersi diuina uerba ac preceptis sacerdotum et officio leuitarum. Sacri cantores sermone quod est lingua: hostiarum siue fossarum sic scriptum est. Pone domine custodia ori meo et hostias circumstantia labiis meis. Ex uerbis. n. nostris iustificamur. In ore. n. hominis uita et mors: ideo in fossariis spiritus prophetarum prophetis subiectus est in hostiarum doctores. In lectoribus prophetarum. In subdiaconibus angelis. In diaconibus archangelis. In presbyteris apostoli in episcopis deus. Deiq; scriptum est primo apostolos secundo prophetas: tertio doctores. Et ideo de ep̄o usq; ad diaconum spiritus dispositus est. De subdiaconibus usq; ad hostiarum animam in fossariis corporis. Sicq; has omnes disputationes ecclesiam christi quasi unum hominem deo seruentem esse cognosce secundum qd̄ scriptum est. Vos estis templum dei: et spiritus dei habitat in uobis. Si quis templum dei uiolauerit disperdet illum deus. Templum. n. dei sanctum est: quod estis uos: praedica autem uerba dei cunctis ut scriptus est. Exhortare omnes diuitibus huius saeculi praecipere non superbe sapere neq; sperare in incerto diuitiarum: sed diuites esse in operibus bonis: nemo adolescentiam tuam contemnat non recedat liber legis de manu tua: sed meditaberis die ac nocte in eo ante omnia curam pauperum Quia propter nos christus pauper factus est cum esset diues. ut inopia illius ditaremur profectas et eas quae uere uiduae sunt require egentibus necessaria sumministra nec in quoq; peregrinationis nomine horrescat. Quonia quadiu sumus in carne peregrinamur a domino. Juniores autem uiduas deuota cum. n. luxuriantia fuerint in christo nubere uolunt. Uxor tua propter antiquam consuetudinem ac periculum sacerdotii non des animam tuam in potestate ne forte in similitudinem adx in paradiso positus confundaris. atq; accepta leges si peccaueris perdas. Ac nuditatis tuae conscio consilio nem mentis excipias. et locum consecrationis amittas. Amanda quidem uxor est sicut ecclesia. ut templum dei orandum cum ea. legendum abstinendum comunicandum in altario non in opere. spiritu non carne uiuendum uenerari autem a te propter coniunctionem legis debet non desiderari propter principium delinquere. quia tibi uisum coniugium interdictum esse perpendis. cum te Episcopum esse cognoscis. habere se illa ex hoc christum gaudeat non maritum esse cum deo non habitare cum coniuge domum possidere intra domesticos parietes ueraculam sanctitatem exulet in domino gratias agat deo qd̄ de corruptione liberata tibi quoq; debitor sit qd̄ ad hoc officium uolasti qd̄ consentiente electus es a domino. qd̄ prius de omnibus uisus ut decuit tragegisti qd̄ episcopatum rogatus acciperes. et separatus a coniuge in ecclesia permaneres. Tertius at sum exemplo boe

uitae tuae oēs hoc esse facturos ut i adolescentia credentes deo dum continentur terrena diuina percipiant et emendati in omnibus domino consecrentur ut doctores plebium facti post emendationem sui predicent uniuersis: Et salus omnium nuncupentur. Seculares at uiros ad ministerium non assumas ecclesie. Sic enim legis manus temere nemini imposueris. et iterum hi primus comprobentur. et sic ministrent sine crimine constituti. Sunt. n. multi qui sequentes uota populorum discipuli nam ecclesie non obseruant. ac sine experimento bonae uitae eligunt non conuersos atq; ut consuetudinem reprehendā peccantes nobilitate potius qm̄ mores optimos benedicunt. et ante regni caelestis gubernacula tradunt qd̄ de terrena conuersatione securi sint. quasi uero deo deficiant sacerdotes. aut clericatus officium possit implere. Qui necdum castus didicit esse abstinendo. Taceo de reliquis uitae documentis qd̄ ignorat libros qd̄ consuetudinem nescit et prius doctor gentium dicitur uel minister qd̄ discat aliquid imperitus alieno iudicio ipse uerum uiuēs non dei sed cuiuscunq; facit in omnibus uoluntate: dum enim instrueti se obedientia debet: cedit ad tempus et inuitus discipuli nomen accipit in magistro minorq; sit minimo. Concurunt ad ecclesiam populi a sacerdote nouo aliquid audituri qd̄ edificet coctos qd̄ saluet uniuersos et ultra solitum mores forte nihil dicitur: exas nectit paginas ignoras cunctas uersat in pectore et delicta omnia recognoscens sola impudentia utitur exultans et hoc ipse qd̄ rogatur irascitur. Quale tunc erit quaso episcopo iudicium tuum cum interrogatus nihil dixeris ac mulieres laicosq; scietis agnitioni uitae intrare ecclesiam recognoueris. Sacramentorum uero haec ratio est atq; hic ordo omnium nascendum qui in carne descendimus ut qui uenientes in mundum uenundamur sub peccato idolis seruientes primi mitus nuncupemur. Quis. n. a quo sepeatur eius seruus addicitur et eius operi mancipatur. praestat officium cuius desiderium gestat in sensu pualente enis ignorantia regnat auaritia quae radix omnium malorum est: et inquisitio idolorum et hoc est malus qd̄ difficile superatur qui non aut habendi uoluntate at paupertatis tiore teneatur. sed quia in exhortatione prophetiae sermo predicandus est: necesse est ut in illis deus audius loquatur et nominetur secundum qd̄ scriptum est Dominus deus tuus unus est. hi sunt quos catechuminos noiamus et subiacentes castigationi: et liberum ad christum habentes arbitrium. quia principium sanctitatis est dominum iesum christum dei filium consiteri secundum qd̄ scriptum est Lorde creditur ad iustitiam ore at confessio sit ad salutem. Secus consistitium locus qui ad dei gratiam festinantes aliquid amplius qd̄ fuerunt esse desiderant. Qui ideo competentes dicuntur id est poscentes dei gratiam deo iam utiles per desiderium uoluntatum competentes caelorum regna ac uolentes tunc suo per misericordiam principalem hereditate deum uedicare ab omnibus abstinere sperantes lauacrum christi atq; synceri et presentis uitae positum sibi terminum recognoscunt et ordinem futurae conuersationis aspiciunt ut qui ante qd̄ accipiant seruiunt christo post acceptam fidem dei dona non perdant aut tritas faciant gratiam cui seruire uoluerunt. Tertius baptisatorum ordo est in quibus ias christus ea dicente apostolo. Nescitis quonia qui baptisati estis in christo christum induistis et ideo cum cogitamus aliquid boni liberati a gentilitate catechamini sumus cum uolumus quod factum est competentes eius operamur bona baptisamur et comorimur christo. Sed si forte hoc in pugnae diabolo quacunq; peccati maculatione uiolamur penitentia competit quae in similitudines diuini



fontis ipsa peccata mortificet ac nos saluet in corpore qua completa. Quartus reconciliatio locus est ut caput corporis nostri christus esse credamus quia ecclesia suus uir caput mulieris id est omnis amarus quae deum tota mente perquirunt. Sal autem propterea cathecuminis datur in mysterio ut nos esse sal terrae id est sapientiam dei noscamos. Inuisibilia enim eius ut ait apostolus a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque eius uirtus et diuinitas ita ut sint inexcusabiles et cetera. Baptismus uero aqua est quae tempore passionis de latere christi exiit et nullum aliud elementum est quod in hoc mundo purificet uniuersa: quod omnium poculus sit quod uiuificet cuncta. Et ideo spiritus uitae in aqua est et congregatio aquarum maria nomen accepit: christo. n. renascitur qui baptisatur in fonte. Fons. n. origo omnium gratiarum est in quo septem gradus sunt: tres in descensu et tres in ascensu. Septimus uero est qui et quartus id est simile filio hominis extinguens fornacem ignis ardentis: stabile fundamentum pedum fundamentum aquae in quo plerumque diuinitatis habitat corporaliter. Oleum uero et christi esse factorum silentium ipsius et pinguedinis natura demonstrat. Corpus domini panis uerus et caelestis ex coelo est. Sanguis eius hoc est quod scriptum est. Ego sum uitis uera: ego autem sarmenta: et quia multa membra unum autem corpus totius mundi natura conuerita est in uisibilibus speciebus in candore lucis effectum atque per baptismum aquae in ueritate cum saepe secundum species corporis et puritas et ueritas uoluntatis apparet probata per ignem: ut in omnibus impletis alimētis nihil desit uisibilitati. Nichil desit mysterio dei: ac resurrectio carnis aperissime comprobatur. Cum haec quae uisibilia sunt sanctificata per uerbum et orationem christi corpus effecta sunt: quae omnia si in ueritate conplecteris intelligens deum opus uitae agis et comoraris in christo. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem melchisedech. Te decet hymnus deus in syon ut reddas uocem in iherusalem. Tibi conuiuium christus est: gaudium christus est: cogitatio christus est: desiderium christus est: lectio christus est: quies christus est: atque imperans mundo. Pharaonis deus es: postquam uniuersa uicisti. Haec cunctis plebibus tuis si dignaris ut moneam prout potes semper insinua memoria mei habens in orationibus tuis sanctis ut liberer ab infidelibus qui sunt in iudaea ut remissionem consequar peccatorum. Tertius sum enim ego quia supra quam dico facies: debitores enim te mihi esse cognoscis: ut pro me deum rogare non desinam: quoniam sicut iubere dignatus es officium disputationis impendit. Nec tibi legem quam sequi debeas posui: sed qualis esse tam debeas in seculo fauente descripsi. Dominus tamen illud praeter ceteris rogo ut quia multa secundum consuetudinem tuam noua tibi uidentur esse conscripta presumptiui meae dare ueniam digneris. nec putes nos peruersitate aut nouitate aliqua: sed solam si dici fas est diuersarum prouinciarum consuetudinem. Publicare: sed sicut reprehendit neminem ita et danandum nullum: praesertim cum omnes ecclesias deus fecerit: Et in omnibus apostoli praedicauerint: nec deceat quem studere discordiae ubi pro omnium pace seruanda in disceptatione ecclesiae strictae disciplinae uincit ille qui uincitur ac se uictum gratulabitur. Ego tamen in omnibus uobis cedo qui omne quod facitis laudo et in imitationem bonae rei istud uestris censibus derelinquo ut unus alterum exhortans inuicem uos de consuetudine nostra doceat contemplatione et mihi hoc solum peculiariter relaxatis ut pro me orare dignemini: qui ad emendationem omnium quae conscripta sunt obedientiam gerens. Ita libenter habeo mihi

aliquid imputare ut mei primitus sciatia esse iudicii hoc tantum iuste ab omnibus condemnandum: quod aut consuetudo ecclesiarum: at diuini librorum scripta non retinent.

**Tractatus beati Augustini de pastoribus:** Quem propter materiam similitudinem huius libri subiecitimus: quae etiam in quibusdam exemplaribus inter beati Hieronymi epistolae inuenimus

#### Argumentum in eadem

**TRACTATUS** Augustinus de ueris falsisque pastoribus: quae sua sunt querentibus non quae Iesu christi exponit uerba dominice admonitionis per Ezechiel ad pastores israel et cetera: Docens bonos pastores pro

spiritualibus iure metere carnalia: quae lactis nomine intelliguntur merito quoque honorem exigere: qui per lanam interpretatur: arguens praepositos populo blandientes pro temporalia: et eos qui infirmos erigere: aegrotantes curare et errantes negligunt reuocare: et inde occasione suscepta agit contra haereticos dicentes se iustos non trahendos ad fidem. praesertim contra donatistas exortos in Africa: quos asserit ab errore reuocandos: uel inuitos cum possint praecisa sarmenta dei munere in uitam fructiferam inferri. Deinde uerba prophetae docet quemadmodum deus oues a pastoribus malis abducit ut ipse pascat in iudicio dicens eas a christo pasci quando a bonis pastoribus eius uitae fungentibus pascuntur. Quod fuit signatum in petro cui christus commisiturus oues hoc quod seipsum uoluit nominari et quasi unum efficit. Docet deinde quid inter uocem ueri et pseudopastoris iter sit: probans testimoniis scripturarum contra donatum unam esse ecclesiam toto orbe diffusam respondens tribus testimoniis quae donatistae deprauate inducunt ex cantico canticorum a psalmo et euangelio quae ipse confutata haeretica intelligentia catholice interpretatur: concludens eos sui ab imperatoribus ad unitatem compelli.

#### Epistola beati Augustini de pastoribus.

**P**ES tota nostra quia in christo et quia omnis uera et salubris gloria nostra ipse est non nunc primum dicitur charitas uestra. Estis enim in eius grege qui tendit et pascit israel. Sed quoniam sunt pastores qui pastorum nomine gaudere uolunt. pastoris autem officium implere uolunt. Quid ad eos propheta dicat sicut lectum audimus recenseamus. Audite uos cum intentione. Audiamus nos cum tremore et factus est ad me uerbum domini dicens Fili hominis propheta super pastores israel. Hanc lectionem cum legeretur audimus. Hinc cum a uestra sanctitate aliquid loqui decreuerimus. Adiuuabit ipse ut uera dicamus si non nostra dicamus pastores erimus pascentes non oues sed nos. Si autem illius sunt quae dicimus per quilibet ipse nos pascet: hoc dicit dominus deus. O pastores israel qui pascunt se solos nunquid oues pascunt pastores id est non se pascunt pastores sed oues. Haec praecipua causa est quare arguantur pastores isti quia se ipsos pascunt non oues. Qui sunt qui se ipsos pascunt de quibus dicit apostolus. Omnes enim quae sua sunt quarunt non quae Iesu christi. Non enim quos in loco isto de quo pericu-

iosa ratio redditur dominus si non dignitate suam si non meritum nostrum constituit habemus duo quaedam plane distinguenda. **Unum** quod christianus sumus Alterum quod propositi sumus: Illud quod christianus sumus propter nos est. Quod autem propositi sumus propter uos est. In eo quod christianus sumus attendatur utilitas nostra in eo quod propositi non nisi uestra. Sunt autem multi christiani et non propositi qui perueiunt ad deum faciliore fortasse itinere et tanto expeditius ambulantes quanto minore rem sarcinam portant. Nos autem excepto quod christianus sumus unde rationem reddimus deo de uita nostra sumus etiam propositi unde rationem reddimus deo de dispensatione nostra ad hanc istam difficultatem propono ut copatietes nobis oretis pro nobis. Venit enim dies es quo cuncta adducuntur in iudicium. Et ille dies si seculo longe est unicuique hominum uita sua ultimus prope est in utriusque latere deus uoluit et quando ueniat finis seculi et quando sit in unoquoque homine huius uita finis. Vis non timere diem occultum: quando uenerit inueniat te paratus. Cum ergo propositi ad hoc sint ut eis quibus praesunt consulant in eo quod praesunt non utilitatem suam attendant: sed eorum qui ministrant quod si quis ita propositus est: ut in eo quod propositus est gaudeat: et honorem suum quaxat et comoda sua sola respiciat se pascit non oues dei. **Uide**te quemadmodum uos securos fecerit deus. Qualescunque sunt qui uobis praesunt. Qualescunque nos sumus uobis **Securitat**em dedit qui pascit israel. Nam deus non deserit oues suas et mali pastores pecunias debitas luunt: et oues promissa percipient. **Uideamus** ergo quid alloquatur pastori bus seipsum pascentibus non oues sermo domini nemini palpans. Lac consumitis et lana uos tegitis: et quod crassius est interficitis: et oues meas non pascitis: quod infirmatum est non confortastis: Et quod aegrotat non corroborastis: et quod contribulatus est non colligastis: et quod errabat non reuocastis: et quod perierit non inquisistis et quod forte fuit confestim: Et disperse sunt oues mex eo quod non sit pastor. **Dicuntur** enim pastores pascentes semetipsos non oues: **Qui** diligant qui negligant. **Quid** ergo diligunt: lac consumitis: et lana uos tegitis **Apostolus** dicit quis plantat uineam: et de fructu eius non sumit? quis pascit gregem et de lacte gregis non sumit? **In** uenimus ergo esse lac gregis quicquid a plebe dei tribuitur propositis ad sustentandum uictum temporalem. **Inde** enim loquebatur apostolus cum haec diceret quod commemorauit. et quod apostolus quando eligeret manus suas transigi. et nec ipsum lac quaxeret ab ouibus tamen lactis potestate percipiendi habere se dixit et sic dominum exposuisse ut qui euangelium annunciat de euangelio uiuant. **Et** dicit ad alios coapostolos suos uos uos uos fuisse hac potestate non usurpata sed data plus ille fecit ut nec quod debebatur acciperet ipse ergo donauit et debitum sed alius non exigit debitum ille plus fecit fortassis enim ipsum significabat qui agrum cum adduceret ad stabularium dixit. **Si** quid amplius erogaueris in reddeundo reddam tibi. **De** his ergo qui non indigent lacte gregis quod plura dicamus misericordiores sunt uel potius ipsi misericorditer offitius largius impendunt: possunt enim et quod possunt faciunt **Laudetur** hi nec damnentur illi. **Na** et ipse apostolus qui hoc non quaxebat: fructuosas tamen oues esse cupiebat non steriles sine lactis ubertate. **Itaque** cum esset quodam tempore in magna indigentia uictus in confessione ueritatis missus est illi a fratribus unde necessitati et indigentiae ministraretur. **Respondit** autem illis gratias agens et dixit Benefecistis communicare necessitatibus meis. **Ego** enim didici in quibus sum sufficiens et

se. **Scio** et abundare et penuriam pati. omnia possum in eo qui me confortat: **Verus** tamen uos bene fecistis uobis meis mittere: sed ut ostenderet in eo quod illi bene fecere quod non ipse quereret: ne inter illos esset qui se ipsos pascent non oues: non tamen lux gaudet subuentus necessitati: quod illorum gaudebat fecunditati. **Quid** ergo ibi quaxebat non requiro inquit datus sed requiro fructum. non ego inquit ut explear: sed ne uos inanes remaneatis. **Qui** ergo non possunt facere quod paulus ut in manibus suis transignat accipiant de lacte ouium sustentent suas necessitates: non hoc sibi quaxat tanquam com modum suum ut ex necessitate lux pecuniarum uideatur annuntia euangelium: sed hominibus illuminandis praebat lucem uerbi ueritatis **Sunt** enim tanquam lucernae sicut dictum est. **Sint** lumina uestrae praecincti et lucernae ardentes et nemo accendat lucernam: et ponit eam sub modio. sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. sic luceat lumen uestrum coram hominibus ut uideant bona opera uestra et glorificent patrem uestrum qui in caelis est **Si** ergo tibi lucerna accendetur in domo nonne adhaere res oleum ne extingueretur. **Porro** si lucerna accepto oleo non luceret non erat plane digna quae in candelabro poneretur: sed quae continuo frangeretur. **Unde** enim uiuitur necessitatis est accipere: caritatis est praebere non tanquam uenale sit euangelium ut illud sit precium eius: quod sumunt qui annunciant unde uiuant. si enim sic uendunt magnam rem uili precio uendunt: Accipiant sustentationem necessitatis a populo mercedem dispensationis a domino. **Non** enim est idoneus populus reddere mercedem illis qui sibi in charitate euangelium seruiunt non expectant illi mercedem nisi unde et isti salutem. **Quid** ergo isti increpantur unde arguantur qui cum lac sumerent et lanam se tegerent oues negligebant. **Sua** ergo tantum quaxebant non quae iesu christi. **Sed** quoniam diximus quid sit lac sumere: quaxamus quid sit lanam se tegere qui praebet lac uictum praebet: qui praebet lanam honorem praebet. **Ita** sunt duo quae a populo queruntur: qui semet ipsos pascent non oues. **Modum** supplende necessitatis et fauorem honoris et laudis. **Et** enim uestimentus propterea bene intelligitur in honore quia nuditatem tegit. **Et** enim unusquisque homo infirmus et quid est quis quis uobis praestit nisi quod uos estis **Carne**m portans mortalis est manducat. dormit. surgit natus est moriturus est. **Si** ergo cogitatis quid sit seipsum homo est tu tamen honorando eum uelut angelum contegis quod: infirmum est huiusmodi indumentus acceperat a bona dei plebe **Ita** paulus cum diceret **Sicut** angelum dei suscepistis me testimonium uobis perhibeo quia si fieri posset oculos uestris eruissetis et dedissetis mihi. **Sed** cuius tantus honor exhibitus esset nunquid propter ipsum honorem sibi exhibitum ne forte cum argueret negaretur et minus ipse apostolus laudaretur peperit erantibus. **Nam** si haec fecisset esset inter illos qui seipsum pascent non oues diceret apud seipsum. **Quid** ad me pertinet quisque quod ueritatem agat uictus meus saluus erit: et lac et lana satis est mihi eat quisque quo potest ergo integra tibi sunt omnia: sic eat quisque quo potest. **nolo** te propositum facere unum te constituo de ipsa plebe si patitur unum membrum copatiuntur omnia membra proinde ipse apostolus cum eos commemorat quales fuerint erga illum ne quasi oblitus eorum honorificentia uideretur et testimonium perhibet sicut angelum dei susceperint eum et quod si fieri posset oculos suos uellet euertere et illi dare. et tamen accedit ad ouem languidam: ad ouem putredam secare uulnus non parcere putredini. ergo inimicus uobis factus sum **Verum** predicans ecce et accepit de lacte ouium sicut paulo ante memorauimus et idem



tum ex lanis ouium. sed tamē oues non neglexit. Nō enim sua quarebat qua ielu **X**risti. Abiit ergo ut dicamus uobis **V**enite ut uultis. **S**ecuri estote: deus **N**eminē perdit: tantummodo fidem christianā tenete. **N**on perdet ille quod redimit non perdet pro quibus sanguinem suum fudit: et si spectaculis uolueris oblectare animos uestros inte quid mali est et festa ista q̄ celebratur: per uniuersas ciuitates in latitia conuulsiūm et publicis mēsis seipso ut putant locundatim reuera magis pereunt: ite celebrate magna est dei misericordia q̄ totum ignoscat coronate rosas uos atē q̄ marcescant in domo dei uestri: q̄n uolueritis conuiuamini: implemini cibo et uino cum uestris: ad hoc enī data est ista creatura ut perfruamini: non enim impiis et paganis eam dedit deus s̄ uobis. **N**on dedit hanc si dixerimus forte cōgregabimus turbas ampliores: et si sunt quidam qui nos sēntiant hoc dicētes nō recte sapere paucos ostendimus. quod si fecerimus non uerba dei non uerba **X**risti dicentes sed nostra et sumus pastores nosmetipsos pascentes nō oues. **I**us atē dixisset quā diligant isti pastores dicet et quā negligāt. **I**ntitia. n. ouium late patent. **G**rossi oues perpauca sunt: id est solida in **F**ido ueritatis utentes pasuis bene de munere dei sed mali illi pastores non parant talibus parum est illas q̄ lāguentes et infirmas et errantes et p̄ditas nō curant. sed istas fortes et pingues necant q̄ tus i ipsiis est. illa uiuent de misericordia dei tamē quātum ad pastores malos attinet occidunt male uiuēdo malum exemplum prabendo an frustra dictum ē seruo dei eminenti in mēbris summi pastoris circa oēs teipsum bonorum operum p̄bens exēplum et forma esto fidelis: **A**tendit enim ouis ē fortis plerumq̄ p̄positū suum male uiuentem. si declinet oculos a regulis dōmī. et intendat in hominē icipit dicere in corde suo si p̄positus meus sic uiuit: ego quid sum qui nō faciā q̄ illi facit: si forte ergo occidit ouē. **I**as de ceteris quid faciet: qui illud q̄ nō ipse fortificauerat. sed forte aut robustum iuenerat male uiuendo interficit: dico charitati uestra et si uiuunt oues et fortes sunt oues in uerbo domini et tenent istud quod audierunt a domino suo quā dicunt facite: quā autē faciunt facere nolite: tamē qui in cōspectu domini male uiuit quātum in illo ē eū a quo attenditur occidit. **N**on sibi ergo blāditur quia ille non est mortuus sed homicida est. **Q**uomodo cus lactuus hō intendit mulierem ad concupiscendum eā. **E**cce illa casta est et mēchus est iste domini enī uera et aperta est semētia. **Q**uisquis uiderit mulierē ad concupiscendum eā tam mēchus est iste in corde suo nō peruenit ad illius cubiculum et interiore tam suo cubili uoluntatur. **S**ic omis qui male uiuit in cōspectu eorū quibus p̄positus ē quātum in ipso est occidit et fortes oues. **Q**ui ergo imitatur p̄positus malum moritur qui nō imitatur uiuit: tamē quātum ad illos pertinet abos occidit. **E**t quod crassum est interficitis et oues meas nō pascitis. **J**am audistis qui diligant: audite qui negligant: quod infirmum est non cōfortastis: et quod tabu it nō corroborastis. et q̄ contribulatum est id est cōfractum non colligastis: et q̄ errabat nō reuocastis: et q̄ perit nō inquisistis: et q̄ forte fuit confectus id est terfectus et occidistis: infirmum quippe animus gerit ouis quando tentationes sibi profuturas non credit. **P**astor. n. negligēs quādo sic credit talis infirmus nō sibi dicit **F**ili accede ad seruitutē dei: sta in iustitia et tiorere: et p̄para animā tuā ad tentationē. **Q**ui autē hoc loquitur cōfortat infirmus ex infirmo facit firmus ut nō eum crediderit prospera huius seculi speret. **S**icut autē doctus fuerit sperare **P**rospera seculi: ipsa **P**rospe

ritate corrumpitur. **S**uperuenientibus autem ad uersitatibus laudatur: **A**ut fortassis **E**xtinguitur. **N**on ergo eum adificat super petram qui sic edificat. sed sup harenā. **P**etra autē christus est christi autē passionis imitādx sunt non christiano delictis cōquēdx. **C**onfortatur infirmus cum et dicitur spera quidē tērationes huius seculi sed ab hominibus eruet te domus si ab illo nō recederet retro cor tuum. **N**am ad cōfortandum cor tuum uenit ille pati uenit ille mori uenit ille spūis illini uenit spūis coronari uenit obprobria audire uenit postremo ligno configi. **O**mnia hanc ille pro te tu nihil pro illo sed pro te. **Q**uales autē sunt qui timent eos laedere quibus loquuntur nō solus nō p̄parāt ad imminētes tērationes sed etiam promittunt felicitatē huius seculi: quā deus ipsi seculo nō promittit ille p̄dicat labores usq̄ i sinē uēturis ipsi seculo et cui uis abbūis laboribus exceptus esse christianus q̄ qui christianus est aliquid plus passurus est in seculo: et. n. ait apostolus **O**mnes qui uolunt in christo uiuē persecutionem patientur. tu dicis si uolueris in christo pie uiuē abundabunt tibi omnia bona: et si filios nō habes suscipies et nutries omnes. **N**emo tibi moritur hanc inest adificatio tua. **A**tende quid facias: ubi p̄bas super harenā est: q̄ cōstitutus uenturus est iber isluxurus est fluuius: flaturus est uentus: et impingent in domum istā et cadet: et fiet ruina eius magna leua de harena et pone supra petram i christo sit quē uis esse christianum. **A**tende ad passiones christi. attende ad illas sine ullo peccato q̄ nō rapuit exoluentē. **A**tende scripturam dicentē flagellat at omnē filium quē recipit. **E**t para te flagellari. aut certe nō queras recipi. **F**lagellat at omnē inquit filium quē recipit: et tu forte exceptus a passione flagellorum exceptus a numero filiorum. ita ne inquit flagellat omnē filius ut et unicus et unicus ille de patris substantia natus aqualis patri in forma dei uerbum p̄ quem sc̄a sunt oia nō hēbat ubi flagella retur ad hoc carne indutus est ut sine flagello nō esset. **Q**ui ergo flagellat unicum sine peccato nunquid relinquit adoptiuum cum **P**eccato in adoptionē uocatos nos esse apostolus dicit adoptionem filiorum accepimus ut essemus unī cohæredes essemus etias hareditatis. **P**ostula a me et dabo tibi gentes hareditates tuam. **E**xemplum uobis proposuit et i passionibus suis sed ne futuris tērationibus deficiat infirmus nec falsa spe decipiedus est nec errore frāgedus sed dic ei p̄para animā tuā ad tērationē sed forte incipit labi contemiscere nolle accedere habes aliquid fidelis deus qui non uos sinat tētari supra q̄ fere potestis. **I**llud autē promittere et p̄dicare futuras passiones infirmus cōfirmare est. **T**imēti autē nimius et ex hoc deterrito cus polliceris misericordiā dei nō quia tērationes deerunt sed quā nō permittit tētari supra q̄ potestis fere fractum colligare est. **S**unt enim qui cum audierint uēturas tribulationes armāt se magis et quasi potum suum sicut paruam sibi eam putant fidelium medicinā. **S**ed quæret martyris gloriā. **S**unt alii qui auditis futuris et necessario uenientibus tentationibus quas proprie oportet uenit christiano quas nemo sentit nisi qui uoluerit esse uere christianus. **I**mminentibus ergo sibi a liquibus frangitur et claudicat: affer cōsolatiōis alligamentum: alliga q̄ fractum est. dic ne timeas. non deerit i tentationibus ille in quē credidisti fidelis deus qui nō sinat te tētari supra q̄ potes fer: nō hoc a me audis. **A**postolus dicit qui etiam dicit a uultis expertmētus eius accipere qui in me loquitur christus. **P**oc ergo cum audis ab ipso christo audis. **A**udis et ab illo patro qui pascat israhel illi enī dictum est. **P**utabis eos

in lachrymis in mensura : Quod enim ait apostolus  
 Non sinit temptari uos supra quod potestis ferre. Hoc  
 ait propheta in mensura tantum tu noli dimittere corru-  
 gentem adhortantem tremantem et consolantem et sanantem.  
 Quod infirmum est inquit non confortatis: pastoribus  
 maledicit pastoribus falsis pastoribus sua querentibus non  
 quae Iesu Christi ex commodo lactis et lanae gaudetibus  
 oues omnino non curantibus. Et quae male habuit non cor-  
 roboratis inter infirmum id est non firmum. Nam dicun-  
 tur infirmi et aegrotantes: sed inter infirmum et aegrotus  
 id est male habentem hoc mihi uidetur interesse. Etiam  
 ista fratres quae distinguere ut cumque conamur forte et  
 nos possumus maiore diligentia melius distinguere:  
 et alius peritior uel lumine corporis plenior interi ne  
 fraudemini quantum ad uerba attinet scripturae quod se-  
 tis loquor. Infirmo ne accidat tentatio et eum frangat  
 timendum est. Languens autem iam cupiditate aliqua aegro-  
 tat cupiditate aliqua impeditur ab intranda uia Dei a  
 subeundo iugo Christi. Attendite illos homines uolen-  
 tes bene uiuere iam statuentes bene uiuere: et minus  
 idoneos mala pati sicut parati sunt bona facere. Perit  
 uero autem ad christianam firmitatem non solus operari quae  
 bona sunt sed et tolerare quae mala sunt. Qui ergo uide-  
 tur feruere in operibus bonis: sed imminentes passiones  
 tolerare nolle aut non posse infirmi sunt. Qui uero ali-  
 qua cupiditate mala amatores mundi ab ipsis bonis o-  
 peribus reuocantur languidi et aegroti iacent. Culpe  
 qui in ipso languore tanquam sine ullis uiribus nihil boni  
 possunt operari. Talis inania paralyticus ille fuit quem  
 cum domino inferre non possent qui eum portabant  
 tectum aperuerunt et deposuerunt id est tanquam si in aia  
 hoc uelitis facere ut tectum aperias et deponas ad do-  
 minus animam paralyticam dissolutam omnibus membris  
 et uacantem ab omni opere bono grauatas utique pecca-  
 tis suis et languentem morbo cupiditatis suae. Si ergo  
 dissoluta sunt membra omnia: et est paralyticus interior  
 ut peruenias ad medicum forte. n. later medicus: hoc  
 est iste uerus intellectus in scripturis occultus est ape-  
 rite tectum et deponere paralyticum: quod qui non  
 faciunt et facere negligunt. Audistis quae audiatis quod  
 male habuit non corroboraui et quae contribulatum est  
 non colligastis: iam hinc diximus. Fractus. n. erat ter-  
 ror tentationum. Accidit aliquid unde quae fractum est  
 colligetur consolatione illa fidelis deus qui non uos si-  
 nat tentari supra quod potestis ferre: sed faciet cum tenta-  
 tione et exitum ut possitis sustinere. Et quod errabat non  
 reuocastis. Ecce unde inter haereticos periclitamur: et  
 quod errabat non reuocastis: et quae perit non inquisistis  
 Hinc inter manus latronum et dentes luporum furen-  
 tibus utrumque uersamur: et pro his periculis nostris ut  
 oretis oramus et contumaces sunt oues quia quaruntur  
 errantes alienas sese a nobis dicunt. Errore suo et  
 perditione sua. quid uos uultis? quid uos queritis? quasi  
 non ipsa causa sit ut quxrere eos uelimus. et quare que-  
 ramus quia errant et pereunt. Si in errore inquit sum  
 si in interitu. quid me uis? quid me quxris? quia in erro-  
 re es. Reuocare uolo: Quia peristis inuenire uolo.  
 sic uolo errare. sic uolo perire sic uis errare sic uis pe-  
 rire quanto melius ego nolo prorsus audeo dicere.  
 Importunus sum Audio enim dicentem apostolum.  
 Prædica uerbum in ista opportune importune quibus  
 opportune? quibus importune? Opportune uis uo-  
 lentibus: importune nolentibus prorsus importunus  
 sum audeo dicere: tu uis errare: tu uis perire: ego no-  
 lo. Non uult postremo ille qui me terret. Si uolueris  
 uide quid dicat uide quid increpet. Quod errabat non  
 reuocastis et quod perit non inquisistis te magis timebo

quam ipsum. Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal  
 Christi non te timeo non enim potes euertere tribunal Chri-  
 sti reuocabo errantem requiram perditum et si me lan-  
 ent inquirentem uepres siluarum per omnia angusta me  
 coartabo: omnes cepes excutiam quantum mihi uirum  
 dominus terram donat omnia pagrabo reuocabo erran-  
 tem requiram pereuntem timeo negligentes etiam quod  
 forte est occidam. Vide. n. quod sequitur et quae forte fuit  
 confectis. Si neglexero errantem atque pereuntem: et eum  
 qui fortis est delectauit errare atque perire. Cupio lucra  
 exteriora. sed timeo plus damna interiora. Si idiferentem  
 habuero errorem tuum attendit qui fortis est. putat  
 se in haeresim quando aliquid commode saeculo reluxerit  
 unde imittetur statim mihi dicit fortis ille periturus cus-  
 te perditum non requiro: et hac deus est. quid interest ho-  
 mines inter se litigantes hoc fecerunt ubique collen-  
 dus est deus: si forte illi dixerit aliquis donatista. non  
 tibi do filiam meam nisi fueris de parte mea. Ille opus  
 est ut attendat et dicat si nihil mali esset esse de parte eo-  
 rum non contra illos dicerent tanta pastores nostri pro  
 illorum errore satagerent. Si ergo cessemus et tacea-  
 mus contra locutus est. Utique si malum esset esse  
 in parte donati. loquerentur contra redarguerent eos sa-  
 tagerent lucrari illos. si errant reuocarent illos. non frus-  
 tra ergo cum iam dixisset superius quae crassum est inter-  
 fecistis. Ipsa est. n. repetita sententia nisi ex his quae in  
 praedixit nata est quae errabat non reuocastis et quod perit  
 non requisistis. et hoc faciendo quod forte est interfe-  
 cistis. Proinde audi quid sequitur de ista negligentia  
 malorum immo falsorum: pastorum: et cum dispersae  
 sunt oues mex eo quod non sit pastor et factae sunt in com-  
 mestura omnibus bestiis agri furatur lupi insidiantes  
 rapiunt Leones frementes cum oues non haerent pa-  
 stori. Nam praesens est pastor sed male agentibus non  
 est pastor et inhaerent pastoribus non pastoribus seip-  
 sos non oues pascentibus et letalis error consequitur.  
 Sunt in bestias depredantes se et de eorum morte facia-  
 ri cupientes. Tales enim sunt omnes qui gaudet de er-  
 roribus alienis bestiae sunt pastae morsibus dispersas  
 et dispersae sunt et errauerunt oues mex in omnem montem  
 et in omnem collum altum uia montibus et collibus tumor  
 terrenus et superbia saeculi exulit: superbia. Donatus  
 fecit sibi partem subsequenter cum Parmeniamus il-  
 lius confirmauit errorem. Ille mons est ille collis est sic  
 omnis cuiuslibet auctor erroris terrena elatione intu-  
 mescens permittit. Ouis requiem bona pasca et  
 aliquando inueniunt ibi oues pasca de pluuia diei non  
 de duritia montis. Dabit enim et ipsi scripturas habent  
 sacramenta non sunt ista motum sed cum inueniuntur in  
 montibus male remanent in motibus. Errando enim in mo-  
 tibus et in collibus deserere gregez deserunt unitatem de-  
 serit unitas cohortes contra leones et lupos. Inde er-  
 go reuocet deus ipse reuocet modo audietis ipsum re-  
 uocatem. Errauerunt inquit oues mex in omnem montem  
 et in omnem collum altum: hoc est in omnem tumorem terrae  
 Sunt enim et motus boni. Leuaui oculos meos in  
 montes unde uenit auxilium mihi. Et uide quia non tibi  
 a motibus spes est. Auxilium inquit meum a domo  
 qui fecit caelum et terram noli putare iniuriam facere te  
 montibus sanctis quando dixeris Auxilium meum non  
 in montibus sed a domino qui fecit caelum et terram ipsi  
 montes haec tibi clamant Audio in uobis sacramentum  
 fieri ut unusquisque uestrum dicit Ego sum Paulus ego  
 Apollo ego Sephe. Ego autem Christi. Leua oculos  
 in istos montes remaneas. Audi. n. quid sequatur. nun-  
 quid Paulus crucifixus est pro uobis. Ergo postea quam  
 leuaeris oculos in montes: unde uenit auxilium tibi.

Id est in auctorem scripturarum diuinarum. Attēde omnibus medullis suis omnibus ossibus clamātem domine quis similis tibi ut securus sine ulla iniuria mōnstrū dicas auxilium meum a domino qui fecit calum et terrā nō solus tunc tibi nō succedere montes sed tunc amant tunc magis fauebunt: si in ipsis spem tuam posueris cōtristabuntur. Angelus multa diuina et mira ostendens hominū ab hominē adorabatur tanq̄ leuantē oculos in mōtem ait ille se reuocās ad dominum. Nōlī iquit facere illum adora: Nam ego cōseruus tuus sum et fratrem tuorum i omnē montē et in omnē collē: et in omnē faciem terrā lucent: ipsa amant: ipsa diligunt nolunt mori: ut abscondatur uita ipsorum i christo sua per omnē faciem terrā dilectionē terrenorum. Et quia errantes oues sunt super omnē faciem terrā: sed tamen haretici per totā faciem terrā alii hīc: alii ibi: nūq̄ tamē defunt ipsi non nouerunt alia secta in Aphrica alia hēresis in oriente: alia in xgypto: alia in mesopotamia: Verbi gratia diuēsis locis sunt diuēsi: s; una mater superbia omnes genuit: sicut una mater nostra catholica omnes christianos fideles toto orbe diffusos. Nō ergo mirus si superbia parit dissensionē: charitas unio nem: tamē ipsa catholica mater ipse pastor in ea ubiq; quārit errantes: confortat infirmos: curat languidos: alligat contractos: alios ab istis: alios ab illis nō se in uicem scientibus: Sed tamen illa omnes nouit quia eus omnibus fusa est. Verbi gratia ē in Aphrica pars donati: Eumonianī nō sunt in Aphrica: sed cum parte donati est: hīc catholica sunt: in oriente Eumonianī. Tbi autē non est pars donati: Sed ibi est catholica illa sic est tanq̄ uitis crescendo ubiq; diffusa: illic sunt tāq̄ sarmenta inutilia agricolā falce p̄cisa merito sterilitatis suā ut uitis putaretur nō amputaretur. Sarmentā ergo illa ubi p̄cisa sunt ibi remāserunt. Uitis autē crescens i omnia Et sarmentā sua nouit quā in illa māserunt et iuxta se q̄ de illa p̄cisa sunt inde tamen reuocat errantes quia et de ramis fractis dicit Apostolus Potens est. n. deus iterum inferere illos: siue dicas oues errantes a grege. siue dicas ligna p̄cisa de uite. nec ad reuocandas oues nec rursus inferenda Ligna minus Idoneus est deus quia ille sumus pastor ille uerus agricola. et in omnē factem terrā dispersa sunt. et nō fuit qui requireret. sed in illis malis pastoribus nō fuit homo qui requireret. Propterea pastores audite uerbum domini. **Di**uo ego dicit dominus deus. Videte unde cepti tāq̄ iuratio est dei testificatio uitae **Di**uo ego dicit dominus. mortui sunt pastores. sed se curā sunt oues. **Di**uit dominus **Di**uo ego dicit dominus deus quia autē pastores mortui sunt. quarentes nō quā iesu christi. Erunt ergo et inueniuntur pastores. nō quā sua sunt quarentes sed iesu christi. Erunt plāe et inueniuntur plane nec deerunt nec defuerunt. Vide amos ergo quid dicat dominus qui se dicit uiuere. **U**trum dicat ablaturum se oues a pastoribus malis pascētib; seipos nō oues et daturū se eas pastoribus bōis pascētib; oues non se. **Di**uo ego dicit dominus deus nisi pro eo q̄ facta sunt oues mea in cōmestura omnibus bestis campū: eoq; non esset pastor. **R**ursus pastorem dicit et paulo ante et nunc nō ait ex eo q̄ nō sit pastores. **Q**uibus. n. talibus male errātib; male peccantibus nō est pastor: et si p̄sens est pastor et si p̄sens sit pastor quia et eus p̄sens sit lux et nō q̄sierunt pastores oues meas: Et pauerunt pastores seipos. **O**ues autē meas nō pauerunt. **P**ropter istud pastores audite uerbum domini. **H**ac dicit dominus deus: Ecce ego s̄ pastores et inquiram oues meas de manibus eorum inquirat mortē eorum. **D**icit. n. alio modo per eundē

prophetam. **F**ili hominis speculatores dedi te domui israhel audiens ex ore meo sermones et premonstrabis eis ex me in eo cum dixerō peccatori morte morieris et non fueris locutus ut caueat impius a uia sua **I**lle facinorosus in suo facinore morietur. **S**anguines autē eius de manu tua requirā. **T**u autē si p̄nunciaueris facinoroso uiam eius ut auertatur ab ea et non fuerit a uersus a uia sua ille i facinore suo morietur tu animā tuam liberabis. **Q**uid est fratres uidetis q̄ sit tacere p̄culosum moritur ille et recte moritur impietate sua et peccato suo moritur. **N**egligentia. n. eius occidit eum **N**ā pastores inueniret uiuentē: quia ait **D**iuo ego dicit dominus deus: sed cum fuerit negligens nō admonēte illo qui ad hoc ē p̄positus: et speculator ut admonēat et ille iuste moritur: et iste iuste dānatur. **S**i autē dixeris inquit impio morte morieris cui ego fuero gladiū cōminatus et ille neglexerit uitare iminētē gladiū et uenerit gladiū et interfecerit eum ille in peccato suo morietur. **T**u autē animas tuas liberaſti propter hoc ad nos quidē pertinet nō tacere. **A**d uos autē et si nō taceamus d̄ scripturis scis uerba pastoris audire. **V**ideāus ergo quia sic proposuerā **U**trus auferat oues a pastoribus malis: **D**oc. n. dicit **E**go super pastores et inquiram oues meas de manibus eorum: **E**t auertā ab eis ut nō pascant oues ipsius quā dicunt facite: **Q**uā faciunt facere nolite: tanq̄ diceret mea dicunt sua faciunt **S**i diceret facite securi q̄ faciunt: ipsos dānabo male uiuentes. **P**obis autē parca qui secuti estis p̄p̄ositos uestros. **S**i hoc diceret dederat malis pastoribus pascētib; non oues sed se. **S**ed quoniam terret non solus ex cum ducentem sed ex cum sequentem. **N**eq; n. ait **E**a det in foueam ducēs et non cadit sequēs. sed ex cum ducens ambo in foueam cadunt. **A**dmonuit oues et ait **Q**uā faciunt facere nolite. **E**um. n. non faciatis quā faciunt mali pastores non uos ipsi pascunt. **E**um autē faciatis quā dicunt ego uos pascō: mea dicunt. n. et non faciunt. **S**ecuri inquit sequimur epos nostros dicitur **H**oc saepe haretici quādo ueritate manifestissima cōiunguntur nō oues sumus: illi de uobis reddunt rationē reddūt plāe mala de morte nra de morte eius maligne reddūt malus pastor malam rationem: **N**unquid ideo utit **O**uis. **Q**uia designatur pelles ipsius. **I**n crepatur **P**astor: **Q**uia neglexit **Q**uem errantem. **E**t propterea in **F**auces **L**upi irrūt ut deuoraretur. **Q**uid illi prodest: quia affert pelles signatam? pater familias uitam eius inquit. **S**ed ecce malus pastor attulit pellem reddat de pelle rationem uero mentiturus est: **V**idebat desuper qui postea iudicat cui uerba ille facta numerat cogitationes inspicit reddat pastor malus rationē pelles ouis mortuā clamant ei uerba tua et sequi noluit dedi operā ut a grege nō aberraret et non obtēperauit plane si hoc dicat et uerum dicat non uit autem ille utrum uerus dicat: reddat bonā rationē de oue mala. **S**i autē inspicit deus quia neglexit errantē quia non quaſiuit pereuntē. **Q**uid prodest q̄ inuenit pellē quā referret ipsā reuocaret ne pellē mortuā d̄ mōstraret. **S**i ergo nō bonā rationē reddat quia nō q̄ siui errantē quales fecit qui fecit errantē. **H**oc ē q̄ dico si in **C**atholica cōstitutus epos nō bonā rationē reddat de oue si non q̄sierit errantē de grege dei: qualē rationem reddaturus est hareticus: qui nō solum reuocauit ab errore: sed et cōp̄ulit errorem: sed uide amos ut dixi quomō reuocet deus oues a pastoribus malis: ias cōmemorant: quā dicunt facite: quā autem faciunt facere nolite. **E**t nō ipsi uos pascunt sed deus: quia uelint nō sint pastores ut perueniant ad lac et lanā uerba dei dicitur sunt. **Q**ui p̄cisa nō furandum furatis. **A**postolus

lus ad eos qui bona dicunt et mala faciunt. Tu audi  
 pradicantem ne fureris: quia fieri non potest de spinis  
 legere uvas. Et rursus dixisti mihi quod quibusdam quae  
 dicunt facite quae autem faciunt facere nolite. quomodo  
 uis de spinis me colligere uua uerbi. cui respondebitur  
 Non est illa una spiarum: sed aliqui crescens sarmentum  
 implicat se in sepe et pedet uua iter de sa spinarum sed  
 non surgit de radice spinarum. Tu si esurieris et aliud  
 non habes unde sumas caute manus mitte ne lacereris  
 a spinis. i. ne facta imiteris malorum et lege uua inter  
 spinas pedetem sed a uite nascete. Attende ueniet botri  
 alimētum spinis seruaturn ignis tormētorum. Extrahā  
 inquit oues meas de manibus eorum et non erunt eis  
 adhuc in cibis. Hoc et in psalmis dicitur Nonne co  
 gnoscunt oēs qui operantur iniquitatē: qui deuorant po  
 pulum meam ut cibis pāis. Et non erunt eis adhuc i  
 cibum Quoniam hoc dicit dominus deus. Ecce Ego  
 ipse abstuli a malis pastoribus oues monendo ut dixi.  
 Ne quod faciunt mali pastores faciāt incaute negligē  
 tes oues: Et quid ait cui dat quod illis abstulit forte  
 bonis pastoribus non hoc sequetur. et quid dicemus fra  
 tres nomine sunt pastores boni. Nonne alio loco scrip  
 turarum dicitur. Et constituā eis pastores secundū cor  
 meum et pascens eas de disciplina. quomodo ergo o  
 ues quas malis pastoribus tollit non dat bonis. sed tā  
 quomodo omnino nusquam remanserint boni. Vicit Ego pascā  
 Petro dixerat Pascite oues meas. Quid ergo faciens  
 cum Petro comendatur oues. Non ibi dixit dominus  
 Ego pascam oues meas non tu. Sed petre amas me  
 Pascite oues meas an forte quia modo non inuenitur pe  
 trus. Jam. n. assumptus est in requie apostolorum et  
 martyrum non est cui dicat Securus dominus ouis  
 Pascite oues meas: et quodammodo quasi necessitate de  
 scendit ad officium pascendi oues suas non habēs qui  
 bus comendet nec tamē deserens. Hoc. n. uidetur se  
 qui. Hoc. n. dicit dominus deus Ecce ego ipse cui dice  
 bamus Qui pascit israhel intende. Deducitis tanquam  
 ouem ioseph populum in aegypto constitutum iā diffu  
 sus in gentibus israhel: ipse est ioseph: Hostis. n. qui  
 a migravit ioseph in aegyptus uendētibz fratribz fac  
 tum est: uendiderūt christus iudaei non sine cā: et inter a  
 postolos ipse iudas uenditor fuit. Excepit esse christus  
 in gentibus: ibi honoratus est: ibi creuit populus eius:  
 non eum deserit pastor eius Excita inquit potentiam  
 tuam et ueni ut saluos facias nos plane fecit et faciet.  
 Ait enī Ecce ego ipse inquirā oues meas et uisitabo  
 eas sicut uisitator pastor gregem suum non curauerunt  
 mali pastores: nō. n. suo sanguine redimez. Sicut uisit  
 ator inquit pastor gregem suum in die. In qualē diem cur  
 fuerit nimbus et nubis idest in pluuia et nebula. Plu  
 uia et nebula error saeculi huius caligo magna surgēs  
 de cupiditate hominum: et nebula conuerrens terras et  
 difficile est ut non errent oues et ista nebula: sed pastor  
 non deserit eas inquirat eas: penetrat nebulam oculis  
 acutissimis non impeditur caligine nubium: uidet undē  
 quae errantē reuocat tantus quod fiat in euangelio quae  
 sunt oues mex audiunt uocē meā et sequuntur me i  
 medio ouium dispersarum sic inquiram oues meas: et  
 educas eas ab omni loco quo dispersae sunt. Illic i die  
 nubis et nimbi quando difficile est eas inueniri: Tunc  
 ego iuentā: crassa nebula est pinguis nimbus est. Qui  
 lis. n. nihil latet: et educam eas de gentibus. et colligā  
 eas de regionibus. et inducam eas in terram earū. Et  
 pascas eas super mōtes earum: constituit mōtes israhel  
 auctores scripturarum diuinarum ibi pascite ut secure  
 pascatis quicquid inde audieritis hoc uobis bene sapi  
 at: quicquid extra est respuite ne erretis in nebula. au

dite nocem pastoris colligite nos amonentes scripturā  
 sanctā: Ibi sunt delux cordis uestri. ibi nihil uenenosū  
 nihil alienum uberima pascua est. Vos tantum sane  
 uenite. sane pascimini imo tibi israhel Et in riuo et in  
 omni habitatione terrae. a mōtibz. n. quos ostenditis  
 manauerunt riuo pradicacionis euangelicæ: cuius in om  
 nem terram exiuit sonus eorum. et facta est omnis hi  
 tatio terrae ad pascendas oues lxxa atqz secunda i pas  
 cuit bonis Pascam eas. et in montibus israhel erunt  
 stabula. Erunt illic hoc est ubi requiescant ubi discant  
 Verum est manifestum est non salamur in gloria dei  
 requiescant tāquā in stabulis et dormient: hoc ē requi  
 escent i delitiis bonis et in pascua pingui pascuntur su  
 per montes israhel. Jas dixi montes israhel montes  
 bonos quo leuamus oculos ut inde nobis: ueniat si  
 auxilium nō a dño qui fecit caelum et terrā. Ideo ne  
 uel in montibus bonis esset spes nostra cum dixisset.  
 Pascam oues meas super mōtes israhel. Rursus ne  
 tu spem ponerēs in montibus subiecit statim ego pas  
 cam oues meas. Leua oculos tuos unde uenit auxi  
 lium tibi. Sed attēde dicētem ego pascam. Auxiliū  
 enim tuum a deo qui fecit caelum et terras: ego requi  
 escere faciā eas dicit dominus deus: sed ut requiesce  
 re faciat. Prio curauit: posterius dicit. Sic est domi  
 nus deus prio quod perit requirā quod errauit reuocabo  
 et quod iminutū ē colligabo et quod exanime est cō  
 fortabo et quod pingue est custodiā. Quod non facie  
 bant mali pastores seipsos pascentes nō oues. Non  
 ait dñs constitua alios bonos pastores qui faciāt hoc  
 Sed ego inquit pascam oues meas: nulli comitā secu  
 ri uos fratres securi uos oues nobis uidetur timēdū  
 quas idem pastor bonus claudit sic et pascam eam cū  
 iudicio. Vide quia solus pascit cum iudicio. Quis enī  
 homo iudicat de homine temerariis iudiciis plena sūt  
 omnia. de quo desperauerimus subito conuertitur. et  
 fit optimus. de quo multum pūmpserimus subito de  
 ficit et fit pessimus: Nec timor noster certus est. Nec  
 amor noster certus est. Quid sit hodie quisque homo  
 uix nouit ipse homo. Tamen utunquā ipse Quid  
 Hodie Quid aut Oues nec aut ipse pascit. Ergo  
 cum iudicio dispersiens Propria Propriis hae il  
 tis illa illis debita eis quibus debetur. Hoc autē illud  
 nouit enī quid agat cuius iudicio pascit quos iudicatus  
 redemit. Pascit ergo ipse cum iudicio i prophetia enī  
 Hieremia ait Elamuit quidam perdix cōgregauit quae  
 non peperit faciens diuitias suas nō cuius iudicio: pascit  
 iste pastor cum iudicio quare ille sine iudicio quia con  
 gregauit quae nō peperit quare ille cuius iudicio quia fo  
 uet quod pepit. De pastore tamē bono loquitur pastores  
 boni aut non sunt aut latent. Si. n. non sunt quid agi  
 mus? Si latent quid de eis tacetur? Perdix quidē illa  
 a quibusdam maioribus et ante nos scripturas tractā  
 tibus diabolus intellectus est cōgregās quae nō peperit  
 Non. n. ille creator sed deceptor est faciens diuitias su  
 as non cum iudicio: nō. n. ad eum pertinet qui isto qui  
 illo modo erret. omnes errantes uult quibuslibet erro  
 ribz quae diuersa sunt hareses quae diuisi errores ille i d  
 nibz uult errare homines. non dicit diabolus dōatit  
 ta sint. non sint arriani siue illic sit siue istic ad eum pti  
 net cōgregantem sine iudicio. Idola inquit adoret me  
 us est iudiciorum superstitione remaneat meus est. de  
 ferta unitate in illam uel in illam haxresim pergat meus  
 est. Congregat ergo sine iudicio faciens diuitias  
 suas. Sed quid faciens sequetur in dimidio dierum  
 eius derelinquent eum et i nouissimis suis erit isipis  
 Venit ille cōgregās oues suas i dimidio dierum eius  
 priusquam sperabat antequam putabat derelinquet eum et e



rit insipiens in nouissimis eius quare in primis suis sapiens erat ut in nouissimis suis sit insipiens. Audite fratres dicitur aliquando in scripturis sapientia pro stultitia abusione uerbi non proprietate. Unde enim dicitur. **Ubi sapiens:** ubi scriba: ubi conquisitor butus seculi non ne stulticia fecit deus sapientiam huius mundi et iste p dix idest draco idest tanquam seper sapiens erat et non Adas per eam decipit. Vtrum dicere putas est bonum consilium dare extimatus est contra deum creditus est. Quod non dicitur sapientia abusione uerbi et in malo consuetudine quidem scripturarum uestrarum. Nam quemadmodum loquuntur auctores mundi quid ad nos habes in eodem libro. Erat ibi serpens sapientior omnibus bestis. Iste sapientior omnibus bestis astutus et acutus ad decipiendum agnoscitur non postea ei creditur et dicitur esse nuntius tibi sufficit quod incautos primo decepsit: ergo ista erit in nouissimis suis insipiens qui congregauit quos non peperit: et fecit diuicias suas non cum iudicio pascit contra illum redemptor noster cum iudicio et existat a liquidis hareticis et si non frater: diaboli certe adiutor et filius et ipsum dixerim perdicem contentiosum animal hoc est anima ut aucupes norunt et contendendi studio capitur. **Contendunt isti contra Veritatem** et contendere ex quo se diuisere modo dicunt contendere uolumus quia iam capti sunt nolo contendere. **Capte** aliquando tu eras qui primis temporibus sedisti omnia tua traditores arguebas innocentes damnabas iudicio imperatoris iudicio episcoporum non consentiebas uictis totiens appellabas apud ipsum in premissis studiofissie litigabas: congregabas quos non peperisti. **Ubi est nunc ceruix tua ubi lingua tua: ubi filius tuus:** certe in nouissimis tuis factus es insipiens: pausisti sine iudicio. Non enim uerum uis uel de errore tuo uel de ueritate iudicare: pascit contra christus cum iudicio: discernit oues suas ab ouibus non suis. **Quos sunt oues mex** inquit audiant uocem meam et sequuntur me. **Hac iudicio** omnes pastores bonos in uno pastore. Non enim uere pastores boni defunt: sed in uno sunt multi sunt qui diuisi sunt. **Hic unus predicator** quia unitas commendatur. **Neque enim uere modo ideo** tacentur pastores. et dicitur pastor quia non inuenit dominus cui commendet oues suas. **Tunc autem ideo** commendauit quia Petrus inuenit in mo uero et in ipso petro unitatem commenda uit multi erant apostoli et unum dicitur. **Pasce oues meas** absit ut desint modo boni pastores absit a nobis ut desint absit a misericordia ipsius ut non eos signat atque constituat: utique si sunt bonae oues sunt et boni pastores nam de bonis ouibus fiunt boni pastores: sed omnes boni pastores in uno sunt. **Unum illi pascunt:** Christus pascit. non enim uocem suam dicunt amici sponsi: sed gaudio gaudent propter uocem sponsi: ideo ergo ipse pascet cum ipsi pascunt. **Et dicit Ego pasco** quia in illis uox ipsius in illis charitas ipsius. **Nam et ipsum Petrum** cui commendauit oues suas quasi alter alteri unum secum facere uolebat: et sic ei oues commendare ut esset ille caput ille figuram corporis portaret idest ecclesie: **Et tanquam sponsus** et sponsa essent duo in carne una. **Proinde ut oues** commedaret quid illi prius dicit: ne illi tanquam alteri commendaret? **Petre amas me?** **Et respondit Amo.** **Et tertio amas me?** **Et respondit Amo.** **Et iterum amas me?** **Et respondit Amo.** confirmat charitatem ut consolidet unitatem. **Ipsa ergo pascit unius in his et hi in uno:** et tacetur de pastoribus: **Sed non tacetur de illis ouibus.** **Gloriantur pastores** sed qui gloriantur in domino gloriantur hoc est christo pascere in christo pascere et cum christo pascere preter christum non pascere. neque uota implia pastorum tanquam ista futura mala tempora prophe

ta pradiceret dixit ego pasco non habeo cui commendare etiam cum ipse petrus erat et cum adhuc ipsi apostoli erant in hac carne et in hac uita: tunc ait ille unus in quo non omnes unum: habeo alias oues quas non sunt de hoc ouili oportet me et has adducere ut unus sit grex et unus sit pastor. **Sinit ergo omnes in pastore uno** et audiunt uocem pastoris unam quam audiant oues et sequuntur pastorem suum non illum aut illum: sed unum: et omnes in illo unam uocem dicant diuersas uoces non habes obsecro uos fratres ut idipsum dicatis omnes: et non sint in uobis scismata. **Hanc uocem** liquatam ab omni scismate purgatam ab omni haresi audiant oues et sequantur pastorem suum dicentem quas sunt oues mex: meas uocem audiant et sequantur me. **Nam uis nosse haretice** quod non habes uocem pastoris: et periculose te sequatur ouis tectum idumeto ouium: et intus lupum rapaces audiat uocem tuam. **Uideamus an christi** si ecclesiam quam ait infirmus ouis a grege aberrans nesciens ubi sit grex querit quo se aggreget: **Quo intret** adde uocem audiamus an christi sit. **Audiamus utrum agni sit an perdicis.** **Ouis dei gregem suum querit:** puta **Quem de oriente** uenisse in Apuriam: querit gregem suum incurrit in te: in basilicam tuam intrare uult commoueris ignota facie uel tu uel minister tuus stans uel sedens ad hostium interrogat ouem querentem gregem suum: imo gregem dei cum grege suo intrare uult: ubi eum esse putat: querit paganus es: an christianus? **Respondit Christianus:** **Ouis est enim dei.** **Queris ne forte catechuminus sit** et irruat in sacramentis. **Respondit fidelis.** **Queris cuius communionis sit?** **Respondit catholicus christianus.** **Si fidelem catholicum reprobas** tenes ita uero proicere proba a te reprobatus christo probatur. **Utinam et illi** qui sunt apud te cognoscant te: et in dimidio dierum derelinquent te. **Quidam fratres nostri** hesternis die serunt ad basilicam eorum et si ad malos fratres tamen ad fratres: **Attendite fratres mei** quid intersit inter fiduciam ueritatis et timorem falsitatis. **Quando aliquos eorum** in hoc populo agnoscitis quomodo gaudetis quia in uobis ille est: qui querit quod perierat suggeretur aliquando nobis ut uos audiat et discat: audiet et irridebit audiat et irrideat: **Aliquando Sapiet** aliquando cognoscet: aliquando relinquitur populo suo remanet in corde suo: **Renunciat errori suo** gratias agit deo suo. **Illi autem quid?** qui estis? **Christiani sumus.** non sed exploratores et illi catholici sumus. conati sunt iniuriare me horti consilio penitent eos: atque utinam sic peniteat: et ibi remanere penituit eos qui ingressi sunt iniuriare. **tamen quos profecerunt Christianos fideles catholicos** quos tenuerunt nolo dicere: quos profecerunt uideo: quos tenuerunt christi dicant. **Dicant ergo uocem suam** uideamus an christi sit uox an pastoris sit uox: quas sequantur oues: siue per bonus sit uox ista: siue per malum hominem: utrum sit uox attendamus. **Querit infirmus ecclesiam.** **Tu quid dices?** partis donati estis: ecclesia: **Ego uocem pastoris** inquit: lege mihi hoc de propheta: lege mihi de psalmo: recita mihi de **Isaia:** de lege de **Euangelio** recita: recita de **Apostolo.** **Inde ego recito ecclesiam toto orbe diffusam:** et dominum dicentem **Quos sunt oues mex uocem meas** audiant et sequuntur me. **Quos est uox pastoris** et predicatur in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab hierusalem. **Ecce uox pastoris agnoscis:** et sequens si ouis es: sed illi codices tradiderunt ac illi thui idolis posuerunt: et ille **Quid ad me de illo** et illo si fecerunt non sunt pastores. **Tu uocem pastoris** edicito quia nec de illis uocem pastoris annuncias: tu accusas non euangelium. tu accusas non prophetam non

apostolum de illo credo alio non credo: sed acta profero: acta profero: credamus tuis. cred et tu meis: non credo tuis: noli credere meis: auferantur charta hanc: sonant uoces diuina. Ede mihi unam scripturam uocem pro parte Donati: Audi innumerabiles pro Orbe terrarum: quis eas enumerat. Quia. n. eas terminat tamen ut pauca commemoremus legem attende primum ad testamentum. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et in psalmo Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terrarum. Eodem memorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersae fines terrarum: et adorabunt in conspectu eius uniuersae patris gentium: quoniam ipse est regnum: et ipse dominabitur gentium. **L**ate domino canticus nouum: cante domino omnis terra: Et adorabunt eum omnes reges terrarum: omnes gentes seruiunt illi. Quis enumerare sufficiat prope omnia pagina nihil aliud sonat quam christum ecclesiam toto Orbe diffusam sine aliquo dubio perituram fuisse dicunt: peritura praedicta est tot testimonio mansura: nec una uox ista per legem per prophetas per cantica pastorem est. nec. n. illi uerum dicere sine uerbo dei potuerit quod est christus: Audi uocem uerbi infra tuos fidem centurionis. Amen inquit dico uobis non inueni tantam fidem in israhel: propterea dico uobis quia multi ab oriente et occidente uenient. Ecce ecclesia christi: ecce grex christi: Tu uide si uis esse. Non. n. te latet grex qui ubique est: non habes quid respondeas iudicio tuo: quem non uis esse pastorem tuum: non habebis inquit quid respondeas iudicio tuo. Nescis non uidi non audi uis: quid est quod non scis: nec est qui se abscondit a calore eius. Quid est quod non uidisti. Uiderunt omnes fines terrarum salutare dei nostri. Quid est quod non audisti? In omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis terrarum uerba eorum. Sed recte nobis Quare uox christi: uox pastorem quam oues audiant et sequantur. Non inuenitis quid dicatis uocem pastorem non habetis. Audite et sequimini dimittite uocem lupi sequimini uocem pastorem. Damus inquit audiamus. Damus et uos uocem pastorem. Audiamus in canticis inquit canticorum loquitur sponsa ad sponsum ecclesia ad christum nouimus canticacanticorum. Sancta cantica amatoria cantica sancti amoris sanctae charitatis. sanctae dulcedis plane uolo inde audire uocem pastorem. uocem dulcissimi sponsi ecclesiae si aliquid habes audiamus Sponsa inquit dicit ad sponsum Annuntia mihi quem dilexit anima mea ubi pascis. ubi cubas. et ille inquit respondit in meridie. **M**anifesta tibi testimonia proferebam quem admodum interpretaberis. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrarum Eodem memorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersae fines terrarum. Quid est quod mihi de canticis canticorum profero quod forte non intelligis. Et. n. illa cantica aenigmata sunt paucis intelligentibus nota sunt paucis pulsantibus aperiantur. Tenebo te accipe aperta ut merito tibi praedantur abscondita quomodo eris penetrator obscurorum contemptor manifestorum? Ecce tamen ut possumus fratres haec uerba discutamus. **A**derit deus ut uideatis sibi sanum intellectum. pro quod ab omnibus imperitiis facillime iudicatur uerba ipsa male distinguunt nunc auditis nunc probabitur. **E**t. n. sic se habet textus ipse lectus. Sponsa loquitur ad sponsum Annuntia mihi quem dilexit anima mea ubi pascis ubi cubas? quod Sponsa Sponso dicat. quod ecclesia christo dicat. nec nos dubitamus nec illi sed omnia uerba sponsae. Audi uerbum quare quod adhuc sponsae est uis tribuere iam sponso? Audi omnia quae dicit sponsa. et tunc respondebit sponsum. **A**udi euidentius hanc distinctionem quam dicturus sum non

inuenies aliquid plus. Annuntia mihi quem dilexit anima mea ubi pascis. ubi cubas in meridie. Ipsa adhuc dicit ubi pascis ubi cubas in meridie. Et inde quia adhuc ipsa dicit. Sequitur. n. ne forte fiam sicut operta tuorum sodalium super greges. Puto omnes peritos imperitos quos discernere genus masculinum et femininum. Operta quare cuius generis sit. Ab omni homine quo masculini est at feminini Annuntia inquit mihi quem dilexit anima mea quem cum dicit masculinum alloquitur sponsum aut loquitur quia uero feminina uirum alloquitur consequentia uerba indicant Annuntia mihi ubi pascis ubi cubas in meridie ne forte factam sicut operta aut dicit operta ut fiant tibi haec aperta. Annuntia mihi ubi pascis ubi cubas in meridie ne forte facta sicut operta super greges sodalium tuorum. Ducis uerba sponsae Jam incipiunt uerba sponsi de manifesto. nisi cognoueris te metipsum. Agnosce uiriliter feminina te ipsas inquit Non cognoueris. Audi reliqua opulenta iter mulieres. nisi cognoueris te metipsum. **O** pulchra inter mulieres exi tu in uestigiis gregum et pascas hircos tuos in tabernaculis pastorum non tabernacula pastorem. **U**ide quomodo cominetur sponsus uide quem in periculo quauis ille dulcis abstulit. de medio blandimenta quam blande illa Annuntia mihi quem dilexit anima mea ubi pascis ubi cubas in meridie. **V**eniet. n. dies medius quando ad uerba braculum concurrant pastores et forte latebit me ubi pascis et ubi cubas in meridie: et uolo mihi annunties ne forte fiam operta. i. sicut occulta et non cognita. Ego enim manifesta sum: sed ne sicut occulta sicut exalta in cetera super greges sodalium tuorum. **Q**uoniam. n. haeretici a christo exierunt: omnes qui facti sunt pastores mali habentes Greges suos sub nomine christi illius sodales fuerunt: illius conuiuium acceperunt. sodales. n. dicitur tamquam unus conuiuium laeta lingua sic dei sunt qui simul edant eo quod simul edant. Audi illum in psalmo arguente Sodales malos id est unus conuiuium inimicus male dixisset mihi abscondissem me usque ab eo et si super me magna locutus fuisset tu uero uniuersus et notus meus qui simul mecum dulcis captebas cibos ergo multi sodales ingrati mensae dominicae exierunt foras mali sodales fecerunt sibi mensas suas erexerunt: et si putas quia meridies aethiopia est quam possem obtinere magis mundi meridiem esse partes aegypti et tilas exultas sole regiones: ubi pluuia non apparet quia ipsa est meridies ubi seruet medius dies **U**bi at heremus plenus militibus seruorum dei: **U**nde si ad meridiem locorum uelimus aduertere quare non ibi pascat magis ille et ille requiescat quando ante praedictum est uerberauerunt desertum heremi sed ecce consentio meridies **A**ethiopia sit meridies hic sunt sodales mei ecclesia transmarina in aliquorum suorum nauigante in aethiopia sollicita ne erret inuocat sponsum suum et dicit ei abunde audio haereticos in aethiopia abundare audio rebaptisatores in aethiopia **E**sset autem ibi uos minus audio et illud audio et hoc audio sed qui sunt tui a te uolo audire **A**nnuntia mihi quem dilexit anima mea ubi pascis ubi cubas in meridie **A**udio duas partes esse **O**nam dicitur **A**lteraz uniuerso tuo coherentem tu mihi dic quomodo ea ne forte uelut operta id est ignota super greges sodalium tuorum incurram in greges haereticorum conantes ponere lapidem super lapidem qui destruaturne irruam in rebaptisatores: **A**nnuntia mihi et ille qui commendat unitatem pastores in hac lectione dixit **E**go pascam: pastores autem reprobant qui multi esse uoluerunt unitatem amiserunt seuerissime non blande responderis: sed pro magnitudine periculi nisi cognoueris inquit te metipsum **O** pulchra inter mulieres pulchra es inter mulieres.

Sed agnosce ubi te agnosces: in toto orbe terrarum. si enim pulchra unitas est: ubi diuisio: seditas: Non pulchritudo: nisi cognoueris temetipsum: in me credidisti agnosce te i me quomodo credidisti? quomodo et illi mali sodales consentiunt uerbum carne factum natus ex uirgine crucifixum resurrexisse: ascēdisse in caelis. Vita lē me credidisti salem et illis sonant: cognosce te et me in caelo: te in toto orbe utrum quēlibet ex ecclesia: tanquam ecclesiam christus alloquitur. **N**as quō ecclesia quart: ecclesia secundus ipsos loquitur. Annuntia mihi quem dilexit anima mea ubi pascis: ubi cubas: quid quart ecclesia? et ille tanquō ostendens ecclesiam dicit In meridie sicut illi uolunt: respondeant mihi quomodo ecclesia quart ecclesiam. Annuntia mihi quē dilexit anima mea quā loquitur ecclesia: quid sibi uoluit annuntiare ubi pascis: ubi cubas i meridie. i. ubi sit ecclesia loquitur et interrogat ubi sit ecclesia: et respondet ille ut putant in meridie: si in solo meridie est ut dicunt in Aphrica: Et quart Quomodo ipsa interrogat ubi ipsa sit: an uero portio ecclesie transmarinae bona: interrogat de meridie ne ille erret et alloquitur unumquodque membrorum ecclesie suū christus tanquō suam ecclesiam et dicit nisi cognoueris te. **P**ulchra inter mulieres exire hareticorum est aut cognosce te aut exi: aut si te nō cognoueris exitura quo In uestigijs gregum sequēdo malos greges ne forte potes quia obesse quartis si exis. Audi quid sequitur. Exi tu in uestigijs gregum: et pasce hādos tuos iam non oues. **N**ostis fratres ubi erunt hādi ad sinistras erunt omēs qui exierunt ab ecclesia manenti petro pasce oues meas exeuntibus haretico pasce hādos tuos est inquit et aliud testimōnium nihilominus contra te dicit ut audiamus erit sic contra te: quō hoc quod putabō pro te? **S**i meridie inquit interpretaris aegyptum: multis quidē modis interpretatur meridie et aegyptum possumus ad locum mūdū: et ipsas aphricam sic intelligam: audisti quid intelligam et meridiem intelligo feruorē spiritualium flagrantem igne charitatis splendente lumine ueritatis. **N**as dicitur in quodā psalmo *Dexteram tuā notā fac mihi et eruditos* *Orde sapientia ipsi sunt meridie: unde dicitur a propheta et tenebrae tuae ac si meridies erūt multis modis possumus intelligere meridiem sed prorsus aphricam intelligo accipio a te aliquid forte melius quā scire nisi a te cōmemorarer Aphrica sit meridiem timet ecclesia transmarina incedere: in rebaptizatores timet incedere tanquō ignorata in greges sodalium quartur ab sponso suo ut annuntiet illi ubi pascit ubi cubat in meridie: in alijs pascit: in alijs nō pascit: in alijs cubat in alijs nō cubat: audiat cōsiliū: ueniat ad catholicam ecclesiam non incurrat in greges sodalium: non pascit hādos suos. **S**ed dic aliud quod te dicebas esse diciturum. propheta inquit ait *Deus ab aphrico ueniet et ab aphrica ueniet deus: alterum christum in Aphrica nasci et tre per mundum haretici annuntiant.* **R**ogo quid est ab aphrico deus ueniet: si diceretis deus in aphrica remansit: utiqz turpiter diceretis: nunc at etias ab aphrica ueniet dicitis christus: ubi natus christus ubi sit passus: ubi in caelum ascenderit: unde discipulos miserit: ubi eos sancto spiritu repleuerit: ubi per totum mundum Euangelizare iusserit: et obtemperauerunt ei adimpletur orbis terrarum euangelio: et tu dicitis deus ab aphrica ueniet: ergo tu mihi inquit expone quid **D**eus ab aphrico ueniet: dic totum: et fortassis intelliges deus ab aphrico ueniet: et sanctus de monte umbroso tu mihi expone si itas ab aphrico: quō de monte umbroso de Numidia nata est pars **D**onati: ipsi missi sunt primo in dissensionē et tumultum **E**t scandalum quaren*

tes **I**gens uulnus Numidia miserunt sedens tigistatus missi. ubi sit tigisi notum est qui missi sunt clerici extra cōgregauerunt ab ecclesia ad clericos **L**arthaginiō accedere noluerunt uisitatore posuerunt a lucella suscepi sunt: auctor totius huius mali **N**umidia hareticus fuit inumidia unde uentum est huc cum tanto malo uiscarium uix inuenitur cum cupsonibus habitant **Q**uō mōdo umbrosus Numidia. dic mihi ergo noli huc uisqz recitare **D**eus ab aphrico **E**xigo sententiā et sanctus a monte umbroso. sed ostende mihi partē **D**onati a numidia de monte umbroso uenire inuenis nuda omnia. pingues quidē campos sed frumentario nō oliueti fertiles: non ceteris nemoribus amēnos. **U**nd ergo mōdo umbrosus in numidia partibus unde hoc scandalū tu mihi inquit ergo expone quid est deus a libano ueniet et sanctus de monte umbroso. **V**ide quō facile exponas primo illud audi quod ait **D**ominus **O**portebat christum pati et resurgere tertio die et p̄dicari in nomine eius poenitentiam et remissionē peccatorum p̄ omnes incipientibus cum dixi uide utiqz se in sanctis suis ad alias gentes uenturum praedixit esse. lege uisionē terrarum filiorum israhel in omnibus tribubus i libro iesu nauē ubi aperte dicitur est **D**iebus ab aphrico ueniet quē est hie rusalem lege quart inuenies. **U**tinam cum inuenies credas. utinā animositate depōas **D**iebus ab aphrico quā est hierusalem **E**t dominus incipientibus ab hierusalem hoc est deus ab aphrico ueniet. **Q**uomodo ergo a montē umbroso euangelium tam lege de monte oliueti christus ascendit in caelum. **S**equere et quid lucidius. audisti de monte umbroso legem recitamus **E**uangelium recitamus. **A**udisti incipientibus ab hierusalem. **A**udisti per omnes gentes per eum prophetam. sequere uerba illa quā cōtempisti deus ab aphrico ueniet. **E**t sanctus de monte umbroso. cooperiet montem umbra eius. et gloria eius plena est terra. per omnes ergo gentes incipientibus ab hierusalem deus ab aphrico ueniet et sanctus de monte umbroso et condēso. i. a monte oliueti ubi ascendit in caelum. **U**nde missi discipulos suos ubi ēt ascensurus ait. **N**on. n. uestrus est scire tempora quā posuit in sua potestate. **S**ed accipietis uirtutē ex alto et eritis mihi testes in hierusalem et in iudam. et samariam et usqz in totam terrā ergo deo ueniente christo et nomen eius et p̄dicatio euangelii eius ab hierusalem idest ab aphrico et monte umbroso idest a monte oliueti p̄ omnes gentes diffamatus ē euangelium. **O**peruit montes umbra eius. i. refrigerium eius. protectio eius: et laude eius plena est terra. **L**antate ergo cum tota terra canticum uouum non canticum uetus cum āgelo terrā. **D**icunt et aliud **L**yzrenus inquit quidā **S**imon angariatus est ut tolleret crucem **L**yzrenus sed quid te adiuuet uolo scire. **L**yzrenus inquit ap̄her est quare ipse angariatus est qui crucē tolleret ubi sit **L**yzrene ne forte nescis **L**ibya est **P**entapoli est cōtigua est aphrica ad orientē magis pertinet uel in distributiōe prouinciatus **I**mperatorū cognosce: ip̄ator orientalis mittit iudicē ad cyrenes breuiter respōdebo ubi est pars donati nō inuenitur cyrenem ubi ē cyrene non inuenitur pars **D**onati manifesta ueritas cōuincit errorem. det mihi cyrenem ubi est pars donati det mihi pars donati ubi est cyrene. manifestum est enim fratres in **P**entapoli ecclesia esse catholicā p̄tē ubi donati non esse sed securi irrideamus stendos et stemus ridendos. **Q**uid dicitis meritis cyrenensis huius magnum cōmemoras quia tulit **L**ucem domini et aphrum dicitis orientalis est. **L**ibya. n. ducibus mōdo dicitur uel ista quā proprie aphrica est. uel illa orientalis pars quā cōtigua est aphricā. et omnino collimitāca

Sed Apher fuit cyrenensis beatum putas q angaria  
tus crucem tulerit quato melius forte diceret quis in  
arimathia remansisse ecclesiam christi. quia ioseph ille  
diues ab Arimathia habens ante oculos regnum dei  
non angariatus non coactus uenit ad crucē domini de  
ligno deposuit obsecutus est funeri i sepulcro condi  
dit. Laudatus est in euāgelio quia uero de arimathia  
fuit iste pius tantum exhibens obsequium corpori dñi  
in arimathia remansit ecclesia. Aut si magis uos delect  
tat angariatus idest qui cogitur tollere crucem. Recte  
ergo faciunt imperatores catholici qui uos cogunt ad  
unitatem.

**I**ncipit quintus tractatus tertie partis principalis de sta  
tu et continentia uirginali: Et primo de uirginibus do  
dicatio.

**A**d uirgines deo dicatas hortatoria qua illas per exē  
pla sanctorum ad religiosam conuersionem et obser  
uantiam uirginitatis inuitat.



**O**LAE iccirco filia et domina mea  
Domina ideo diximus: quia sponsa  
domini mei iesu christi i monasterio  
manentes nihil sentiant nisi pius ie  
sum christum hinc Paradisum solus  
possideant: ubi dulci et locunda quie  
te ineffabile trinitates intueantur: in sacris litteris cho  
ris intersunt angelicis dulcibus eorum melodiosis miscē  
tur diuina in ecclesia cōtinebo mysteria. Informet mē  
tem sanctorum patriarcharum ac patrum antiquorum  
obedientia: Prophetarum oracula dulci meditatione  
cor accendant ad promissa felicia: apostolica documē  
ta fidei cuncta detegant sacramenta: euangeliorum co  
dex semper ut speculum teneatur in manibus: marty  
res sancti cuncta seculi huius aduersa: Et tempestates  
huius maris procellosi: cuius omnibus diabolicis uersu  
tis et infestationibus dæmonum doceat cōculcari. Eō  
fessorum preciosa deuotio ad diuinorum cōtemplationē  
assiduam affectus astringat. Regularē uitam instruat  
sanctorum monachorum mira cōuersatio: frangere o  
nem sexus molititē et uirginitatis seruare propositum  
preciosissima uirgo uirginum eam exteris uirginibus sa  
cris edoceat semper. **O** felix societas: **O** felices uos:  
si talis ac tanti muneris non sitis ingrata felicissima: nē  
mirus si dignitatem uestram ipsa cognoscitis quæ om  
nium regi et domino regina speciosa matrimonio co  
pulata ipsum dūmodo uelitis habere meremini: quē  
angelici spiritus uidere cōcupiscunt. In quo omnia con  
sistunt in quo solo cuncta permanēt. p quē omnia fiunt  
cui uniuersa famulantur. cuius pulchritudinē tol et lu  
na mirantur. cuius tactu odoreq mortui reuiscunt.  
**O** excellentia dignitatis. **O** ineffabilis gloria. in fragi  
li siquidē corpore deum et sponsum talē intueri potes  
tis. Dic quæso mēs uestra uisgeat. hoc dies dies eructet  
uerbum: et scientiam nox indicet nocti. Angelicis cho  
ris sanctorum societatibus hic studeatis interesse ut p  
modum in corporis exitu uobis gaudētes et laxi tāq  
noti occurrant. si sic feceritis nihil uobis dulcius: nihil  
iocundius: q̄ his itersse cōiuiis: his pabulis saciarī  
quibus semel degustatis terrena omnia amara cernun  
tur. Vera tunc clausura cœnobii cuius tedet mētes uā  
gabūdas et denias nobis pro summa reputabitur glo  
ria: et reputabitis exire monasterii limites esse necesse  
potius mori. Experto itaq̄ seni cōsulentī credite filia  
si semel gustatis q̄ dulcis est dominus: ad quē accedē  
tes lapidem uiuum ab hominibus quidē reprobatum  
a deo at electum poteritis ab eo illud audire. Venite

et ostendam uobis omē bonum: et tunc ostendet talia  
qualia nō nisi assuetæ mētes norunt Scio quid loquor  
carissimi mei. Nam ut insipientia loquar ego homin  
culus sic abiectus: sic uilis in homo domini adhuc ui  
uens in corpore angelorum sape choris interfui de cor  
poris per hebdomadas sustentationibus et nutrimentis  
nihil sentiens diuinæ uisionis intuitu p̄ multorum di  
erum spatia p̄scelus futurorum corpori redditus fie  
bam: quid ibi manens felicitatis habebā? quid in enar  
rabilis delectatiōis sentiebā? testis est ipsa trinitas quā  
cernebam nescio quo intuitu. Testes sunt et ipsi beati  
spiritus qui aderant. Testis et cōscientia mea qui tantis  
bonis fruebar quæ quot et qualia sunt nescit proferre  
mollities corporis mei

**P**rologus in regula uiuendi sanctimonialium: quā be  
atus Hieronymus ad Eustochium et ceteras uirgines  
las senex inscripsit et disinxit capitulis feliciter incipit.



**E**PESLENS i mēbris procliuus  
corpus ad terrā ex qua exiit: tamq̄  
rugosa fronte senem et naturā pene  
portentum uester p̄dilectarum i dōi  
no filiarum et dominarum christi uir  
gines sacratissimæ Eustochium et re  
liquæ ad agni nonas nuptias sub obediētia pudicitia  
paupertatis et religiōis in domo domini adunatæ pro  
positio nimum sollicitat p̄x deuotionis affectus. Et ca  
ritas et tremulenta. **O** manus sua parumper uetustatis  
oblita deo uiuēdi nō mundo spiritui nō carni: et quod  
arduum est nō sibi ipsi normā et regulā ex christi et  
apostolorum uita collectā ex sanctorum et patrum ana  
choritarum quos per septem annos heremorum ātra  
circulens nō sine admiratione et informatiōe repperi  
obseruationis et imitationis digno cōmendandā p̄x  
conio in presentī libello edoceat officio calamitatis  
mentes ad bonum ueluti lingua sādudum solebat uo  
ce non mortua: **O** felix affectio: **O** desiderium in dño  
cōmendādum: ut quæ deficiente p̄ sentum et cōmunē  
atatis finem lingua doctoris de casu timentis qui p̄o  
ptus est p̄sumptuose et non timide ambulātibz i uia  
in qua tot latent aduersa: quot momenta temporum.  
Expositis ut depicta sibi pericula et fomenta remediū  
accipiens procliuus semper ad malum a primordio su  
uentutis rationalis et animalis animus cernens gradū  
atur per tuta. **O** prudens cōsilius: ut pro uoce scriptu  
ram: et pro facilliter trāseuntī diu mansurā cōmutet. **O**  
iusta et sancta exhortatio et peridigna exauditiōis be  
nescio sed p̄dilectæ filia et iustum et sanctum est qd̄  
petitis a patre: patris tamē negat atq̄ prohibet insuffi  
cientia: licet ingerat caritas: stupent oculi palpitantes i  
tenebris: horret natura: phrenesit incōstitans manus per  
agere iuuēllia. Portatur tamē semper charitatis ardor  
ne parcatur labori: unde tātus colligitur fructus: quæ  
non putarem i uobis: quæ scripturæ de domini uolun  
tate melius estis edoctæ ut blandimētī aliquid fatear li  
cet ueritatis nisi ad alias succedentes p̄ tempora ifor  
mandum traheretur tantus hic labor. Dincat ergo hoc  
duellus charitas quæ ipsum iuincibilem uicit ut imor  
talis moreretur pro nobis. Verus frustra speratur hæc  
uictoria in tanta impossibilitate naturæ: nisi deuotæ oio  
nes filiarum adsint: quibus deus paruū in tantum ab  
ātiq̄uo ut ēt eum p̄cūteret eorum quæ primitus miā  
do spoponderat: quāuis p̄cūtere non possit.

**I**ncipiunt capitula in regulā siue normam uiuendi sã  
ctimonialium quā beatus Hieronymus ad Eustochiũ

et ceteras uirgines iam senex iscripsit prout prologus indicat feliciter.

**D**e caritate et unitate seruanda.  
De non habendo proprium.  
De eligendo sorores ad accipiendū et administrandum bona monasterii.  
De comūitate et humilitate seruanda  
De simonia uitanda in accipiendo

sorores.

De obedientia exhibenda prelati.  
De regimine Abbatisse.  
De reuerentia et subiectione erga abbatissam.  
De contritione facienda et generali accusatione sui in festa sexta.  
De misericordia uita sanctorum patrum  
De uanitate scientie mundialis.  
De promptitudine implendi mandata imposita.  
De sororum operibus in cœnobio faciendis.  
De officio potestate et regimine abbatissæ.  
De periculo et præmittentia dignitatis.  
De ordine in operibus abbatissæ.  
De iurisdictione episcopi in sorores  
De ordine seruando inter episcopum et p̄positum presbyterum et sorores.  
De præposito p̄bio post ep̄m p̄ episcopum eundem sororibus adhibendo.  
De ordine seruando per sorores erga mares et specialiter in loquendo.  
De ficticijs et nocuis sermonibus uitandis.  
De silentijs diebus ac noctibus debitis obseruandis.  
De refrenatione lingue in loquendo.  
De consortio marium fugiendo.  
De obsequijs seruicium quarentium uictus et necessaria sororibus.  
De dulcedine cōtemplationis erga diuina.  
De clausura domus.  
De p̄ciosarum uestium detestatione.  
De periculo ambitionis uestium.  
De consideratione extremi iudicii.  
De abiectioe exquirenda in uestibus.  
De austeritate exquirenda in statu.  
De matutino et modo dicendi diuinum officium.  
De ordine horarum primæ tertie sextæ nonæ.  
De cibis et ordine comedendi.  
De sobrietate et ieiunio.  
De lectionibus legendis ad mensam.  
De operationibus sororum p̄ prandium.  
De horis uespertinis et completorio.  
De caritate seruanda erga infirmas sorores.  
De auctoritate Episcopi et p̄positi circa obseruationes huius regulæ seu ordinis.

Finis capitulorum.

Sequitur de caritate et unitate seruanda.

**D**US autem in monasterio constituta sororibus primus sit arripiendus modus deo uiuendi et regula ipse solus christus huius propositi iceptor et doctor in unius responsione instruit uniuersos. Si uis inquit idem magister hęc petenti ad uitam intrare serua madata. quod si forte quærat quæ sint illico sic percunctanti exposita. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et mente et uiribus tuis et plussquam teipsum: et proximum

tuum sicut teipsum. In his duobus p̄ceptis pendet quæ quid est legio: quicquid est prophetæ et sancti uiri per secuti sunt. Et attendite sollicite quæ carissimæ: quæ ingredi non solum totis affectibus ad uitam quæ uere uita est. Nam uiuentibus mundo uita non est sed mors. sed tas dei auxilio estis iter ingressæ: quo sine p̄ceptis caritatis non ingreditur quisquam ad deo uiuendum. Propter hoc. n. apostolus paulus non gloriatur in lingua angelorum et hominum non in cognitione mysteriorum dei non in spiritu prophetie: non in asperitatibus carnis non est in elemosinarum operibus: Quia quæ ad omnia pietas ualeat dummodo caritas non desit. Hęc itaque solum reddit hominem deo uiuentem: hęc religiosos hęc monachos facit. Sine hac monasteria sunt tartara: habitatores sunt demones. Cum hac uero sunt paradisi in terris et in eis degentes sunt angeli. Ideoque mea dilectæ filie licet longa macerent ieiunia: abiecta et nigra uestis deformet: longa officiorum et operum texatur series si intus desit caritas ad infimum nondum religionis gradum peruentum est. Propterea carissimæ hic accipiendum est iter apostolicæ perfectionis apicem: sed uere relatiua est caritas et ad unum non potest proprie dilectio fraterna dici. Tercio necesse est quod plures sint qui se mutuo ex caritate diligant: ut dicatur iuxta prophetam bonum et iocundum habitare fratres in unum. Quod satis approbat sapientia dicens. Frater qui simul uiuatur a fratre: quasi ciuitas firma: et iterum si fuerit duo simul fouebunt se mutuo: sed si unus graditur et cadat uel solus quoniam subleuantem non habet. Propterea solitariorum uita quæ satis expertus sum periculo sissima est: et ardua et si bona quæ plures et deo uicina non tamē æque secunda ut simul habitantium in utero dilectionis et caritatis affectu. Quod sibi inuicem per tentamenta deficientibus auxiliantur: sibi inuicem amittunt pietatis et caritatis obsequia: sed si certe fratres aut sorores simul in unum non habent: iam non bonum sed malum est. Omne est secundum philosophos in tantum habet bonitatis in quantum unitatis attinens est natura: sicut quod si singulus unum in tota mundi machina per se creatum est bonum: non tamē est optimum nisi si ceteris nexum: propterea in exordio mundi. Vidit deus quod cuncta quæ fecerat erant ualde bona. Tercio carissimæ in apostolica uita uobis de seculo adunatis per corpora sit cor unum: anima una in domino uelut de apostolis et apostolicis uiris in actibus apostolorum legitur. Multitudinis. n. credentium erat cor unum: et anima una in domino. Nulla uita pro certo deterior est quam simul degere corpore et non mente. Et uere felices sunt quibus non inest una sed diuersa uoluntas. Sit itaque uobis semper: unus affectus: una uoluntas: una fraternitas: una proportio morum: una iocunditas: una tristitia: ne alteri quod placet displiceat alteri: Quo gaudet altera tristetur et altera: Et sic habere poteritis religionis propositum: si unanimes in domo dei habitetis. Hęc uera uita dei non diaboli: uere monasterium: non infernus: uere uita religiosa non diabolica.

De non habendo aliquid proprium

**A**MENTIS uestre uos oculos semper illud euangelicum appareat stolidis simi uiri illius exemplum qui edificatum suam quæ summo opere fecerat: ingruentibus fluminibus flantibus uentis et imbris inundantibus pluarum totum amisit in casura: quoniam edificatum erat in sabulo. Nec mirum carissimæ firmum quid aut

stabile i mobilis dñi manere nō potest. Edificat fatuus ille in sabulo: qui i uita apostolica et religionis proposito appetit temporales diuitias. **V**ic attendite filiae diligenter: hic periculum omne ē: hic interitū: hic mors aeterna. Qui iam renuntiauerunt omnibus quae possident. Qui relicto omnibus q̄ habebant in seculo ad christum imitandum pauperulum: qui ubi caput reclinet nō habet: concurrentes ex uoto sub iuramenti pollicitatione promiserunt. Nihil tēporale: nihil terrenum: p̄ter christum solum non solus possidere sed nec ēt appetē: quae iam diuiserunt tenere uel q̄rere debent: hinc christus a postolis **N**on portare saculum neq; peram: neq; x̄s i sonis mandat: ut ex hoc intelligat eorum uita: lectato refq; nihil proprius licet hēre in monasterio certe nō tunicam: nisi quae ex necessitate tenebant: **N**ulli sigillorum licebat aliquid ex his cōtingere tanq̄ suum: **S**ed pessimus ille proditor atq; latro ferens oculos omnia portabat in eis ueluti totius cōgregationis cōmunia et minister communis singulorum necessitatibus prouidebat. **E**x hoc edocti **A**p̄stoli et fideles post christi ascensionem nihil omnino suum esse dicebant. sed erant illis omnia cōmunia et singulis diuidebatur prout unicuiq; opus erat. Sicut et nos carissimae filiae et si liceat aliquid habere tēporale ad uictus et tegumētum quae duo plene sufficiunt christiano nihil horum alicuius sit uestrum: **S**ed cōmune quodcunq; et minime quibuscunq; puellis distribuat ut decet.

**De eligendo sorores ad recipiendum et administrandum bona monasterii.**

**T**ANDE obsecro nos omnes et singulas coram deo et christo iesu qui iudicaturus est omnes ut aurū et argentum atq; esto transiens pecunia nulla cor uestrus ratione seducat ut nitatur aliqua uestrus cum **A**nania et saphira mentiri spiritui sancto: quē nihil latet retinēdo apud se aliquid quantumcunq; minimum tēporale ultra quae ex necessitate portantur: nec tamē nisi de licentia abbatisse. sēper eorum mortis iudicium terribile nos terreat. **N**as legitur qd ex eorum morte timor factus est magnus in uniuersa ecclesia: et omnes qui audierunt timuerunt: **N**udus **I**esus nudas quirit amicas et sponsas: qd si ipsas sequi tēporale aliquid appetēs seu desiderās forte nolueris onerata grauedine nudum sequi nō poteris. **H**inc beati dicuntur pauperes spiritu ut ex hoc sciat quod nō sufficit cuncta bona tēporalia in mundo relinquendo ad monasterii paupertatē accedere: si mēo misera appetit quae reliquit. **M**agis. n. cōtemplantur oculi domini affectum q̄ sensum. **M**elius. n. cum ceteris diuitibus in seculo diuitiis insistere q̄ in monasterio pauperes ipsas appetere. **P**ropterea oro hortor et moneo uos carissimae ut hae perpetua i uestro monasterio obseruatio maneat qd nulla si licet omnino tāgere aut aliquāter retinere audeat p̄ horam census at obolam aut aliquid aliud quantumcunq; minimum q̄ quā a matre at sorore mittatur. **E**legantur at iuxta apostolorum ritum cōmuni uoto. **A**bbatisse et ceterarum singulis annis aut si decens uideatur et utile cōsumētur dux aut plures ex sororibus boni testimonii plēx spiritu sancto et sapientia quibus iniungatur hoc opus ut quoscunq; prouentus tam domus q̄ sororum singularum recipiant: et ex eis sororibus necessaria ficialiter administrēt. **L**auent quoq; ne aut ex paucitate murmur aut ex abundantia tumor in sororibus habeat locum: sed iuxta apostolorum uitam plus cuiq; aut mi-

nus tribuatur: iuxta qd̄ exigit necessitas aut uoluntas. **N**on iam non altera sit egeas altera abundas: sed una quaeq; ex prouisione decente moneatur ad laudem. **P**rouideant insuper sic quibus hic pietatis iniunctus est labor ut singulis mēibus aut hebdomadis siue diebus parata sint tam de his quae proueniunt q̄ de his quae expendunt in capitulo coram **A**bbatissa et cōuentu sororum singularem reddere rationem. **Q**uod fiat saltem semel in mense: ne et ipse apud sorores furti sit suspecta et eis ex negligentia male exequēdi datur materia

**De cōmunitate et humilitate seruanda.**

**N**EL del sponsa sponsum **I**esum astringit te mentibus mundis a cogitatione terrenis quonia secum in habitatione nihil patitur esse terrenum. **S**ic apostolicae feminae prolicite peras sacculos: ut neq; marsupia ex latere pendeant: neq; opus sit clauibus: ut iam ex ipis monstretur exteriorum indicis qd̄ nihil habetur intrinsecum p̄ter iesum: qd̄ nihil sit clausum qd̄ est deditum uobis hominum. **P**estimenta duplicia sunt ex euangelio o prohibita uobis ut discatis ea solum habere q̄ natura tantus subueniant: nō quae nutrant tineas. **S**i quae uero supersunt uno clauduntur in loco: ut ex his quae cunq; soror indui possit. **N**ulla unq̄ in uestibus praedolitas: nulla melioritas alteram dominā alterā ancillā ostendat: sed i omnibus aequalitas existat: quae uni sp̄so nuptae cōmuni uoto professae sunt. **N**on quarat obsecro filia regis filia militis peminere pompis terrenis in christi et apostolorum consortio. **N**ō. n. petro uili piscatori **B**arholomaeus nobilis anteponitur a christo **J**mmo piscatori totius mundi monarchiae traditur principatus dignitatibus carnis spiritalis uita non eget. **E**t carnis auras christus in suo quirit cōfugio. **I**n seculo nubant paribus filiae regum filiae militum peminentias quarant et honores. **I**n monasterio uero oblitae populū sui et domus suae in domino solum gloriā quarant et exultent: qd̄ de maiori p̄cipitio mortis sunt ad uitam apostolicam sumptae propter qd̄ admoneo uos filiae ut quae uobis officia domus a matre monasterii imposta libenti animo expleatis. **D**ilarem. n. datorem diligit deus nec nerecundetur i uilibus nobles nec illa reculent: sed audiāt sapientē. **Q**uāto maior es: humiliā te in omnibus. **A**udiāt et christum quid de huiusmodi pompis in ultima coena humana mēte disputantibus diffinit. **R**eges gentium dominantur eorū et qui potestatem habent super eos benefici uocantur. **U**os at nou sic: sed qui maior sit in uobis fiat sicut minor: et qui p̄cellor est sicut ministrator. **U**erum ne doctrina doctoris ex contraria operatione uilescat: statim subinfert ex similitudine quadā cum interrogatōne cōcludens: **N**am quis maior est qui recumbit an qui ministrat? nonne qui recumbit? **E**go at in medio uestrum sum sicut qui ministrat. **F**rubescat siquidē stercus uilissimum et uapor ad modicum parens humana mēte se extollere et domus officia ambiens a ceteris sororibus sibi uelle seruire. **N**ā christus cuius generationē quis enarrare non potest non uenit militari s̄ ministrare in ultima coena discipulorum abluēs pedes hoc suis reliquit humilitatis exemplum.

**De simonia uitanda in recipiendo sorores.**

**D**EESTABILE heras simoniae quā cōmuni prauitate diaboli moniales assuetae committunt et in auditu horreat

uestra societas. **B**lest pœna et simōis uos terreat pra  
uitas ut Petri christi uicarij ad simones nunq̄ de uest  
tris exeat auribus nox illa pecunia tua tecum sit in p  
ditioem. Existimas. n. domum dei haberi pecunia do  
num dei est spiritus sanctus: cōmunis mercator habet  
usus ut uenditio cōmutetur in melius. Asserit quippe  
simōiacus pecuniā p̄stātorem esse dono dei: cum ides  
in ipsā cōmutat. Ad uos uenientes sorores sanctas ad  
christi suscipite nuptias gratis p̄ponatur sanctitas pecu  
niæ exquiratur bonitas nix: non generositas carnis:  
non utilitas mundi: nulla omino p̄ctio: nulla op̄ntio:  
quæ mentis puritatē pturbet pueniat. Beatum sapien  
tia clamat qui excutit manum ab omni munere: et qui  
post aurum nō abiit: nec sperat in pecunia quæ subuer  
tit iudicium. **S**i qua sororum inopiam ex sua abundā  
tia supplere uoluerit seu desiderat iuxta Apostolicum  
ritum omnia quæ habet in seculo ante sororum pedes  
ponat: et cunctis quæ habebat in seculo renuntians in  
tratura fiat una ex minimis: et sublato domo cum ef  
fectu omnia quæ portantur electis ministratricibus do  
mus p̄beantur ut ex his tribuant quod cuiq̄ opus est  
Nec murmuret quides quæ sua monasterio tradidit si  
sibi non maiori sumptu administratur q̄ ceteris quæ  
ex paupertate uenerunt: Nec extollitur et ceruice erec  
ta more scemineo improperet ceteris se tantum ex su  
is facultatibz attulisse. **P**lus. n. attulit soror pauperca  
la si ingrediens affectum habendi dimisit: q̄ quæ mul  
tum afferens domo superbiam tulit. **G**lorietur at̄ po  
tius quontam diuitiæ quæ solitæ sunt possessores p̄ci  
pitare in mortem non p̄ualuerunt aduersus eam: et q̄  
cōmuni usu sunt malæ ex subuentione sororum sibi fa  
ctæ sunt bonæ. **A**lloquī melius fuisset sibi cum parua  
pœna cum suis diuitiis in mundo p̄manens cum suis  
damnari q̄ ipsam relinquendo ī monasterio exorta su  
perbia ad infernum cum maiori pœna deduci. **H**umili  
entur et pauperes quæ ex paupertate nihil subuentiōi  
domus potuerunt cōtribuere sicut et ille: et gratias hu  
militate deo retribuunt q̄ quæ prius in mundo uide  
re non poterant: ex alienis laboribus habent quæ sibi  
sufficiunt sicut et diuites. **Q**uidam quidē de infelici cō  
ditioe plurium hominum. **S**unt. n. nōnulli uiles et ab  
lecti ī seculo qui quotidianis laboribz se ultra uires af  
fligentes pro uictu captādo uilissimo et uix raris fabis  
et rapis cum rudi et ordeaceo pane saturantur. **Q**um  
uero ad christi mensas accedunt et militiam christi sus  
cipiant suæ egestatis obliti lautiora quarunt q̄ milites  
qui sunt assueti magnificis. **H**æc igitur omnia in christi  
apostolica uita locum non habeant. **O**mnes ex minist  
terio sint contēta: nec murmurations pereant si abun  
dāter sibi tribuant administrantes. **R**ecipiens siquidē  
naturæ necessaria necessitatum limites non excedat. **S**i  
uero modicum discat cum apostolo seruire domino in  
fame et siti in egestate nuditatis et frigoris ita ut acce  
pta cruce gradiatur p̄t christum abnegans semetipsum

**De obedientia exhibenda pralatis.**

**Q**UO autem uos mortuas seculo  
uitis et concupiscentiis carnem cru  
diligere cum christo. Et quæ iā cepe  
runt se proprio uoto castrare sub per  
petuæ uirginitatis proposito et casti  
tatis in monasterio uelut in duritia  
lapidis fore cum christo sepultas atq̄ iuxta decretum  
sancti post christum p̄tistis petri qui ligendi soluendi  
atq̄ tenet principatum a domino resuscitandarum in  
gloria cum christo sic deuotione firmetur propositum

ut fides et spes sit tota in deo. **C**astigent animas ī obe  
dientia caritatis et fraternitatis amore simplici ex cor  
de iuicem se diligētes attentius. **N**ihil ut puto stultius  
nihilq̄ intolerabilius q̄ peregrinos et aduenas p̄cipe  
re ciuibz: et in loco non solito se ostendere directorē  
itineris: et de semitis et de securitate itineris: de breuita  
te tramitis iuxta uoluntatis libitum uelle docere. **Q**u  
straretur quippe portentum navigatoribz et pro certo  
nunq̄ ueniretur ad portum si cuius uoluntati parere  
tur deesset nauigii quicunq̄ remigator ordiaret ad uo  
tum: non ciuitas: non regnum: nō minima domuncula  
diu maneret in rure: si cuius uoluntati pareretur dees  
set. **P**ropter quod ipse papa petrus qui religiois apos  
tolice uitam uolebat instruere sicut a magis didicerat  
ut magis intelligatur qualiter anima castigetur in obe  
dientia caritatis et fraternitatis amore exponit apertis  
us. **O**mnes inquit honorificate: fraternitatem diligite  
deum timete: regem honorificate. **E**t ne excusatiōis ar  
ripiatur scutu sub particulari nomine penitentiis digni  
tatis generaliter infert omnibus. **S**erui suaditi inquit  
estote in omni timore dominis et ne plati inmedium  
producat prauitas quæ plerumq̄ subditis p̄stat cās  
magni casus non tantum inquit bonis et modestis s̄  
etiam discoloris. **D**erum ne forte uideatur graue hūmāx  
uoluntati se abnegare et crucē tollere obediētix propo  
nit meritis quo omnis labor dulcescat et grauis. **H**æc  
inquit est gratia: o felix et abundans gratia in obediē  
tia summa uirtutum causa est. **N**am simplici gressu du  
cit hominē ad christum et nō solum mēs excusatur ad  
reddendam deo rationes de subditis: sed et obligatur  
reddere de seipsa. **O** summa libertas qua obienta uis  
possit homo peccare.

**De regimine abbatissæ.**

**A**TTENDE diligenter mea domina  
carissima Eustochia quā tibi gratis  
imponitur sarcina humeris tuoque  
de subditarū animabus de corporibz  
et uerbis de moribus obligaris ap̄  
diuinum examen reddere rationem.  
**E**cce quæ ne de te etiam leuis suspitio in malo pos  
sit oriri: ne dispergas quas conaris educere. **S**ic ordi  
nata sic rationi conformia mādata sororibus proferas  
ut etiam de prauatæ superbxque mentes animētur ad  
obediētix sēt as. **S**ic dulcis sic mitis sit sermo ut duri  
ciet furorē non suscitet sed frangat exortū. **S**ic ergo in  
obedientes uirilis et constans sit animus ut ois mulie  
bris molities discedat a medio. **E**xcidantur ī ortus p̄i  
mordio nepres ne nimiam crescentes germina sēmus  
suffocēt. **N**ihil quippe in rectore periculosius est quā  
uana humilitas ad correctionem erga superbos proter  
uosq̄ subditos. **S**ingularum sororum uoluntates ī re  
difficili pertractanda semper auide audias: nec tamen  
cuiuscunq̄ uoluntati innitaris. **D**erum tamē si quicq̄  
utile prodatur nō attēdatur persona quæ protulit. **E**le  
 re praec gaudio: iacentem manu attollere: amplexarique




trepidantem agnoscere i illius proposito mentē suā et gratulari q̄ nobilē familiam uirgo uirginitate sua nobiliores faceret inuenisse eā quod p̄staret generi: Quod **R**ōanā urbis cineres mitigaret: **I**hesu bōe quid illud in illa domo exultationis fuit: Quasi ex radice focunda multa simul uirgines pullularunt exēplumq̄ patrōe et dominā secuta est cūctis turba atq̄ familiaris. per omnes domos feruebat uirginitatis professio quarum cum impar esset in carne conditio unum erat premium castitatis. **P**arus loquor **L**uncta per **A**phricā ecclēsiā quodā exultare tripudio nō solus ad urbes oppida uiculisq̄ sed ad ipsa quoq̄ mapalia celebris fama penetrauit **O**mnes inter **A**phricā **I**taliāq̄ insula hoc rumore repleta sunt et inoffenso pede longius gaudia excurre: **T**unc lugubres uestes italia mutauit: et **S**emiruta urbis romā incenia pristinus ex parte recepere flugorē propitium sibi existimantes dōmum in alumna conuersione prefecta putantes extinctas gottorus manum et colluuiē perfugarum atq̄ seruorum domini de super itonātis fulmine cōcidisse. **N**ō sic p̄ **T**rebiā thrā sinenum et **L**anias i quibz romāorum exercitus caesa sunt milia. **M**arcelli primum ap̄d nolā plio se populus rōanus erexit. **M**iori prius gaudio strata sunt galorum agmina auro redēpta nobilitas: **E**t semiarium generis romāi in arce cognouit: penetrauit hic rumor oriētis littora: et i mediterrāeis quoq̄ urbibz christiana gloria triumphus auditus ē. **Q**uā uirgo christi nō huius se societate tactabit q̄ mī nō tuum. **I**uliana beatum clamauit uterum. **I**ncerta ap̄d infideles sint p̄mia futurorum. **M**us interim recepisti uirgo q̄ obtulisti. **Q**uas sponsā hominis una tantum prouincia nouerat uirginē christi totus orbis audiuit. **S**olent miseri parētes et nō plenā fidei christiani deformes i aliquo mēbro debiles filias: quia dignos generos nō inueniunt uirginitati tradere: tantū ut dicitur utrum quantū margaritum. **E**rte qui **R**eligiosiores sibi uidentur paruo sumptu et qui uix ad alimēta sufficiāt uirginibz dato. **O**mnes census in utroq̄ sexu secularibz liberis largiuntur: quod nuper et i hac urbe diues quidā fecit presbyter ut duas filias in proposito uirginali inopes relinqueret et aliorum ad omnem copiam filiorum luxurie atq̄ cūctis prouideret: fecerunt hoc multa probdolor nostri propositi fecimine: atq̄ utinā rarus esset exēplum quod quāto crebrius ē: tanto ista feliciorēs: **Q**uā nec plurimarum quidē exēpla secuta sunt fertur et omnium christianorum laude celebratur: **Q**uicquid fuerat nuptiis p̄paratum a sanctis foeminis nō detractum uirgini: sed traditū ne sp̄so fieret iuria: immo ut dotata pristinis opibz ueniret ad sponsum: et qd̄ in rebus mundi periturus erat: domesticorum dei iopiā sustentaret: **Q**uis hoc credat? proba illa et omnium dignitatum et cuncta nobilitatis in urbe romana nomē illustrius: **L**utius sanctitas et in uniuersos effusa bonitas et ap̄d barbaros uenerabilis fuit: **Q**uā trium liberorum **O**librii probini: et probi nō fatigauerunt ordinariū cōsulatus et cum icensis domibus direptisq̄ in urbe captiuitas nūc habitas uenundāz dicitur possessiones: et facere sibi amicos d̄ iiquo māmona: qui se recipiāt i aterna tabernacula ut erubescat omnia ecclēsiastici ministerii gradus: et cassa mōachorum noia emere p̄dia tāta nobilitate uendēte. **D**ix barbarorum effugerat manus: **E**t a uulsas de cōplexu suo uirgines fleuerat cum subito intolerabili: et qd̄ nunq̄ timuerat amātissimi filii orbitate p̄cutitur: et qd̄ futura christi uirginis ania spe futurorum mortiferum uulnus excepit probas i se uerum eē qd̄ in lyrico carmine super uiri iusti p̄conio d̄. **S**i fractus illabatur orbis ip̄uidum ferient ruina: legimus i uolumine **J**ob. **A**dhuc isto loquēte uenit et alius nun-

cius: et in eodē tētatio ut melius hētur in hebræo: **Q**uā litia ē uita hois sup̄ terram. **A**dhuc. n. laboramus et i seculi huius piclitamur milita: ut i futuro seculo coronemur: uec mirus hoc de hominibz credei: cum dominus ip̄e testatus sit: et d̄ **A**braham scriptura testetur qd̄ deus tētauit eum: quā obcausam et apostolus loquitur **G**audētes in tribulatione: et scientes qd̄ tribulatio patientiam operatur: patientia probationē: probatio sp̄s spes at nō cōfundit. **E**t in alio loco. **Q**uis nos sepabit a caritate christi: tribulatio: an angustia: an p̄secutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius: sic scriptum est. **Q**uia p̄ te mortificamur tota die astinati sumus ut oues occisionis. **E**t **E**saia huiuscemōi hoies cohortatur dicens **Q**ui ablactati estis a lacte: qui auulsi ab ubere tribulationem expectātes spem sup̄ sp̄. nō sunt condignā passionem huius t̄pis ad futuram gloriā q̄ reuelabitur i nobis. **E**t ista replicaueri sermo seq̄ns monstrabit. **Q**uā de medio mari sumātem uiderat p̄lam: et fragili cymba salutē suā suorumq̄ commiserat crudeliora inuenit **A**phricā littora. **E**xapitur enim ab eo quē nescias utrum auarior an crudelior fuerit: cui nihil dulce p̄ter uinum et p̄cium: et qui sub occasione partium clemētissimi p̄cipis fauissimus omnium extitit tyrannorum. **E**t ut aliquid loquar de fabulis poeta rium qd̄ orcus in tartaro nō tricipitē: sed multorum capitum habuit cerberum qui cuncta traheret: laceraret: hic matrum gremiis abducei pactas: negotiatoribz et audissimis mortalibus **S**yris nobilium puellarum nuptias uendēi nō pupillarum nō uiduarum: nō uirginis christi inopix parceret: manusq̄ magis rogātium spectare q̄ uultus. **H**anc feram et **L**harybdim scyllamq̄ succinctam multis cambz fugiēs barbaros matrona sustinuit: q̄ nec naufragiū p̄ceret: nec captiuitatibz flecteretur: imitare saltē crudelis hostē romanū imperiū: breuius nūc tēporis tātum quod intenerat tulit: in quatuor quod non iuenis: et mirantur amuli. **V**irtus. n. semp̄ iudix patet cur tātarum rerum secum pudicitia tacita prosc̄ptione mercata sit: cum et ille partē sit dignatus accipere: qui totum potuit auferre: et h̄c qd̄ comitū negat nō ausa sit quā se itelligebat sub noie priuata dignitatis tyranno seruientē. **S**entio me inimicorum patere morsibz qd̄ adulari uidear nobilissimā et clarissimā qui accusare non poterunt si me scierint hucusq̄ tacuisse. **N**e q̄. n. laudari in ea unq̄ antiquitate generis: diuina aias et potentia magnitudinē uiro uiuente uel mortuo: qd̄ alii forsita mercenaria oīone laudauerit: mihi propositus est stilo ecclēsiastico laudare auiā uirginis mex et grās agere qd̄ uoluntate eius sua adiuuerit uoluntate. **A**lioqui cellula monasterii: uilis cibus: uestisq̄ contempta: et atas uicina iam morti: breuisq̄ tēporis uitaticum caret omni assentationis infamia. **V**eniq̄ i reliquis partibus omnis mihi sermo ad uirginē dirigitur uirginē nobilem et nobilem non minus sanctitate qd̄ genere. **L**uius quāto sublimior ascensus est: tāto lapsus periculosior. **I**llud tibi nata deo p̄ omnibus unus p̄dicam **E**t repetens iterumq̄ iterumq̄ monebo ut animus tuus sacra lectionis amore occupes: ne in bōa terra pectoris tui semētē lolii auenarumq̄ suscipias: **N**e dormiente p̄familiā qui est uouē idest animus sēper deo adhaerens inimicus homo **S**isania supersemetnet: sed semper loquaris in noctibz quaxiui quem dilexit ania mea ubi pascis ubi cubas in meridie: **E**t adhaesit anima mea p̄ te: suscepit dextera mea. **I**lludq̄ **D**ixerim. **N**on laboraui sequēs te neq̄. n. est dolor in **J**acob: nec labor in **I**srahel. **Q**uando eras in seculo: et ea quae erant seculi diligebas polire faciem: purpurisq̄ et cerusa ora depingere: ornare crines: et alienis capillis turritum uerticem struere: ut taceam de inaurium p̄cis

candore margaritarum rubri maris profunda testatius  
 smaragdorum uisore ceram uiorum flammis hiacyntho  
 rus pelago ad q̄ ardēt et insanunt studia matronarum.  
**N**unc autem quia seculus reliquisti. et secundo post ba  
 ptimum gradu inisti pactus es aduersario tuo dicens  
 ei rēuncio tibi diabole et seculo et pōpis tuis et opibus  
 tuis. serua scēdus quod pepigisti: et esto consentiens pa  
 cūm q̄ custodiens cum aduersario tuo dum es in uia  
 huius seculi ne forte tradat te iudici et de suo aliquid u  
 surpasse conuicat tradatq̄ ministro qui ipse est inimi  
 cus et uindex et mittaris in carcerem et in tenebras ex  
 teriores que quāto a christo uero lumine separātur tan  
 to nos maiori horrore circumdant: et non inde exeat  
 nisi soluas nouissimum quadratē. i. minimus quodq̄  
 dictum: et pro ocio uerbo reddidisti simus rationem  
 in die iudicii. Hæc dicta sunt non insano cōtra te uari  
 cinio: sed puidi cautiq̄ monitoris officio ea quoq̄ i  
 te que tuta sunt formidantis. **S**i inquit sp̄s habētis po  
 testatē ascenderit super te locus tuus ne dimiseris qua  
 si i prociutu et i acie stamus sēper ad pugna: uult nos  
 de loco mouere hostis: et de gradu excedere. sed solidā  
 da uestigia sunt et dicendus Statuit supra petrā pedes  
 meos: et petra refugium leporibus Pro quo multi eri  
 nacios legunt aimal paruis et fugax: et peccatorum sen  
 tibus pragrauatum. **S**ed ideo iesus spinis coronatus  
 est et nostra delicta portauit: et pro nobis doluit ut de  
 sentibus et tribulatiōibus sceminatus ad quas dicitur i  
 anxietatibus et doloribus paries mulier et ad uirus cō  
 uersio ma et ipse dominabitur tui: rosa uirginitatis et  
 lilia castitatis nascerentur. **U**nde sponsus pascitur iter  
 lilia: et inter eos qui uestimēta sua nō coinquinauerunt  
 uirgines eni permāserunt: audieruntq̄ preceptus. **E**ā  
 dida sint: sēper uestimēta tua **E**t quasi auctor uirginita  
 tis et princeps loquitur cōfidenter. Ego flos campi et  
 lilium cōuallius **P**etra igitur leporum est qui in perfe  
 ctionibus de ciuitate fugiunt i ciuitatē: nec timēt illud  
 propheticum: **D**erit fuga a me montes autem excelsi  
 ceruis quorum colubri tibi sunt quos educit puer par  
 uulus de forāne: quādo pardus et hædus requiescunt  
 simul et bos et leo cōcedunt paleas ut nequaq̄ bos dis  
 cat feritatem: sed leo doceatur mansuetudinē: **R**etur  
 taur ad propositus testimōius **S**i spiritus potestates  
 habētis ascēderit super te locus tuus ne demiseris: post  
 quod sequitur quia curatio quiescere facit peccata max  
 ime qui uersiculus hunc habet scēsus **S**i in cogitatioes  
 tuas coluber ascēderit omni custodia serua cor tuum  
 Et cus dauid cāto ab occultis meis munda me doine  
 et ab alienis parce seruo tuo: et ad peccatus maximus  
 quod perpetratur opere nequaquā puētes sed incēdia  
 uiciorum in mēte iugulatio: et paruulos babylōios al  
 lides ad petrā i qua serpentis: uestigia nō reperiuntur  
 cauteq̄ domino promittes **S**i mei nō fuerint dōinati  
 tunc immaculatus ero. emundabor a delicto maximo  
 Hoc est quod alibi scriptura testatur: peccatus patrum  
 reddā i tertiā et quartā gēeratiōē ut cogitatioes nias  
 mētisq̄ decretus nō stati puniat sed reddat i posteris. i.  
 i malis operibus et i delictorum pseuerātia q̄do loq̄ p  
**A**mos super tribus et quatuor impietatibus illius et il  
 lius ciuitatis nome aduersabor eam hæc cursim quasi  
 de prato pulcherrimo sanctarum scripturarum paruiof  
 flores carpisse sufficiat pro cōmōitiōe tui: ut claudas  
 cubiculus pectoris tui et crebro signaculo munitas frō  
 tem tuam ne exterminator aegypti in te locus reperi  
 sed priogenita quæ apud aegyptios pereunt in tua mē  
 te saluentur et dicas cum propheta paratus cor meus  
 deus: paratum cor meus cātabo et psallas: exurge glā  
 mea: exurge psalterius et cithara quā assume: iubet et  
 tyrus multis peccatorum cōfossa uulueribus ut agat pcc

nitentiā: et maculas pristinae sorditatis eius petro aaris ab  
 luat lachryis. ueris ne nos ignorēus pccitēciā ne fa  
 cille peccēus illa quasi secunda post naufragiū miseris  
 tabula sit i uirgie itēgra seruator nauis. aliud ē q̄rē q̄d  
 pāderis aliud possidere q̄d nunquas amiseris unde et  
 apostolus castigabat corpus et i seruitutē redigebat ne  
 aliis prādicās ipse reprobus iueniretur corporisq̄ ex  
 psona gēeris humāi inflāmatu ardoribus loquebatur  
**O**ser ego homo quis liberabit me de corpore mortif  
 huius et iterum scio q̄ non habitat in me hoc est i car  
 ne mea bonum uelle enim adiacet mihi ut faciam au  
 tem bonum nequaq̄ neq̄ enim quod uolo bonus sed  
 quod nolo malum hoc facio et denuo qui in carne sunt  
 deo placere non possunt nos autem non estis in carne  
 sed i spiritu: **S**i tamē spiritus dei habitat i uobis Post  
 cogitationum diligentissimam cautionem ieiuniorum  
 tibi arma sumenda sunt et canēdus cus dauid. Humilia  
 ui ieiunio animam meam et cinerē quasi panē māduca  
 ui et cum molesti erāt mihi induebar cilicio Eua per ci  
 bus eiecta ē de paradiso Hætas quadragita dierus ex  
 ercitatius ieiunio curru igneo rapitur i celus **M**oyse  
 quadraginta diebus ac noctibus familiaritate ac sermone  
 domini pascitur et i se uerissimus probat nō i solo pāe  
 uiuit hō sed in oi uerbo quod procedit de ore dei **S**al  
 uator generis humani qui uirtutis et cōuersatiōis suæ  
 nobis reliquit exēplum post baptismus stati assumitur  
 a spiritu ut pugnet cōtra diabolum et oppressus eius atq̄  
 contritum tradat discipulis cōculcandus. **U**nde et apo  
 stolus loquitur. **D**eus conterat sathan sub pedibus ue  
 stris uelociter et tamen hostis antiquus post quadragi  
 ta dierum ieiunium per abum molitur insidias et dicit:  
**S**i filius dei es dic ut lapides isti panes fiāt i lege mē  
 se septimo post clangorem tubarum decima die mēsis  
 totus gentio hebræa ieiunium est et exterminatur ani  
 ma illa de populo: quæ saturitatem praxulerit contiētæ  
**I**n iob scriptus est d̄ dracone uirtus eius i lumbis eius:  
 et fortitudo eius in umbilico uentris eius aduersus iu  
 uenes et puellas ætatis ardore aburit et inflāmat ro  
 tā natiuitatis nre et iplet illud i **O**ser oēs adulterantes  
 quasi clibāus corda eorum q̄dei miser icordia ieiuniorum  
 frigore restiguntur. hæc sunt ignita diaboli iacula q̄ siul  
 uulnerāt et inflāmant et a rege babylonio tribus pu  
 eris praparantur qui succendit fornacem quadraginta  
 noues cubitorum habens et ipse septes hebdomadas ad  
 perditionē quas dominus obseruari iusserat ad salutē.  
**S**ed quomodo ibi quartus speciē habens quasi silii  
 hominis imēsoo mitigauit ardores et intra cāini æstu  
 atis incēdia docuit flāmas calorē amittere. **E**t aliud oca  
 lia comminari et aliud prebere tactu sic et i aimo uirgi  
 ali rote celesti et ieiuniorum frigore calor puellaris ex  
 tigitur et in humāo corpore impetratur āgelorum con  
 uersatio **Q**uāboerē et uas electiōis de uirgibus se dicit  
 domini nō habbre p̄ceptum quia cōtra naturā imo  
 ultra naturā est non exercere quod nata sis interficere  
 in te radicem tuam et sola uirginitatis poma decerpere  
 nescire thorum omnem uirorum horrore contactum. et  
 in corpore uiuere sine corpore. **N**eq̄ uero immodera  
 ta ieiunua imperamus: et in enormes ciborum abstinen  
 tias quibus statim corpora delicata franguntur et ante  
 agrotare incipiunt q̄ sanctæ conuersationis iacere fun  
 damenta. **P**hilosophorum quoq̄ sententiā est  
 μεσότη τὰσ ἀρετὰσ υπερβλὰσ κακίασ εἶναι  
**Q**uod latinus ita potest sermo resonare: **M**oderatas  
 omnes esse uirtutes excedētia modum atq̄ mensuras  
 intra uirtia reputari. **U**nde et unus de septes sapiētibus  
 ait μηδεν ἀγὰν ne quid nimis quod tam celebre  
 factum est ut comico quoq̄ uersu exprissum sit: Sic de  
 bes ieiunare ut nō palpites et respicere uix possis et co



mittam tuas uel portaris uel traharis manibus: 's ut fracto corporis appetitu nec in lectione: nec in psal-  
mis: nec in uigiliis solito quid minus facias: **Ieiunius**  
non perfecta uirtus: sed ceterarum uirtutum fundamē-  
tum est. et sanctificatio atq; pudicitia sine qua nemo ui-  
debit deus gradus præbet ad summa scandentibus: nec  
tamē si sola fuerit uirgines poterit coronare. **Legimus**  
euāgelium sapientius et stultius uirginum: quarum  
alix cubiculum ingrediuntur sponsi et alix bonorum  
operum oleum non habentes extinctis lampadibus  
excluduntur. **Latus est super ieiuniis campus:** in quo  
et nos sæpe cucurrimus et multorum propriū habetur  
libri: ad quorum te mittimus lectionem. ut discas quid  
boni habeat continentia et quid e contrario mali saturi-  
tas: **Imitare** sponsus tuus esto matri tuæ autq; subie-  
cta: nullus uirorus et maxie iuuenis nisi cui illis uide-  
as: nullus scias quem illi nesciant. **Secularis** quoq;  
sententia est eades uelle et eades nolle ea demus firma  
amicitia est: ut appetes uirginitates ut christi præcepta  
cognosceres ut scires quid tibi expediret: quid eligere  
debeas illa te exēpla docuerunt: facta domini instruxit  
conuersatio: **Non** igitur solum tuum putes esse quod  
tuum est: sed earum quæ in te suam expresserunt pud-  
icitiam et honorabilem nuptiarum cubiculq; immacu-  
lati p̄ciosissimum germē habere et florē qui perfectos  
affert fructus si humiliaueris te potētī māu dei et scrip-  
tum semper memineris: **Superbis** deus resistit: humi-  
libus autem dat gratias. **Obi** autē gratia non operum  
retributio sed donantis est largitas: ut impleatur dictus  
apli **Nō** est uolentis neq; currentis: sed miserentis dei  
et tamen et uelle et nolle nostrum est. **Ipsū** quoq;  
nostrum quod est sine dei misericordia nō nostrum est  
Eunuchorum quoq; tibi et puellarum ac seruorum mo-  
res magis eligatur q̄ uultus elegantia: quia in omni  
sexu et Etate: et truncatorum corporum uiolenta pud-  
icitia animi considerandi sunt qui āputari: **Nisi** **Christi**  
tione non possunt. **Scurrilitas** atq; lasciuia te presente  
non habeat locum. **Nunquam** uerbum inhonestum au-  
dias aut si audis non irascaris perditæ mentis hoies  
uno frequenter leuiq; sermone tētant claustra pudici-  
tix: rideri et ridere secularibus derelinque. **grauitas** tu-  
am personas decet: **Latonē** quoq; illud dico censorius  
uestrix quondam urbis principem qui i extrema atate  
græcas litteras nō erubuit cēlor: nec desperauit senex  
discere: Et **Marcus** **Brassium** semel in uita scribit risisse  
Lucilius. fuerit illa affectata seueritas: et gloriæ quæ  
rens auramq; populare. **Nos** affectus et perturbatio-  
nes q̄ diu in habitaculo corporis huius habitāus et  
fragili carne circundamur moderari et regere possēs  
āputare nō possēs unde psalmista dicit irascimini et no-  
lite peccare. **Quod** apostolus edisserens **Sol** iquit nō  
occidat super iracundiam uestram: quia et irasci hoies  
est et finē iracundie p̄dere christiani. **Superfluus** reor  
te mouere contra auaritiam cum generis tui sit. **Et** ha-  
bere et calcare diuitias: **Et** apostolus doceat auaritiā  
esse cultum idolorum dominusq; respōdeat sicuti: **Magister**  
bone quid boni faciens uita æternam possid-  
bo: **Si** uis p̄fectus esse uade et uēde oia quæ habes  
et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et uē-  
sequere me apostolici fastigii ē perfectaq; uirtutis uen-  
dere omnia et pauperibus distribuere et sic lenē atq;  
expeditum cum christo ad cælestia subuolare nobilim-  
mo tibi credita est diligens dispensatio quamq; in hoc  
oi atati omniumq; p̄fōx libertas: arbitrii derelicta sit  
si uis inquit perfectus esse non ip̄ero non cogo sed pro-  
pono palmam ostendo p̄mia tuum ē eligere si uolueris  
in agone et certamine coronari: et consideremus q̄ sa-  
pienter sapientia sit locuta uende quæ habes cui ista p̄-

ripiuntur? **Nēpe** illi cui dictus est si uis esse perfectus  
si ergo uis esse perfectus nō partē bonorum tuorum uē-  
de: sed omnia: cumq; uendideris: quid sequitur: **Et** da  
pauperibus non diuitibus nō propinquis: non ad lux-  
uriā: sed ad necessitatē siue ille sacerdos: siue cognatus  
et affinis sit nihil aliud i illo cōsidere nisi paupertatē: la-  
udēt te esuriētium uiscera: non ructuantius opulēta cō-  
uiuia. **In** actibus apostolorum quādo domini nostri ad  
huc cadebat cruor et seruebatur recēs in credētibus fides  
uendebāt oēs possessiōes suas et precia earum ad apo-  
stolos deferebāt pedes: ut ostenderēt pecunias esse  
calcandas: **Dabaturq;** singulis prout cuiq; opus erat:  
**Anania** et **Sabira** dispēsatores timidi immo corde du-  
plici et ideo condēnati quia postuonum optulerunt qua-  
si sua et nō eius cui seel ea uouerāt: partēq; sibi iam  
aliene substantiæ reseruauerunt metuētes famē quas ue-  
ra fides nō timet præsētē uindictā meruere non crude-  
litate sentētix sed correptionis exēplo: **Deniq;** et apo-  
stolus petrus nequaq; ip̄ecatur eis mortem ut stultus  
philosophus calumniatur sed dei iudicium spiritu pro-  
phético ānuntiat ut duorum hoies poena sit doctria mul-  
torum. **Ex** eo tpe quo uirginitati perpetuæ cōsecrata es  
tua nō tua sunt: imo uere tua quia christi ēe cōperunt  
quæ auiā uel matre uiuēte ip̄arus arbitrio dispensāda  
sunt. **Si** autē obierint et somno sanctorum requieue-  
runt **Scio** enī et illas hoc optare ut te habeāt sup̄stitēs  
cum atas maturior fuerit: et uoluntas grauior firmior  
q; sētencia facies quod tibi uisum fuerit. immo quod  
dominus imperarit scitura nihil te habiturā nisi quod  
in bonis operibus erogaueris. **Alī** ædificēt ecclesias  
uestiāt parietes marmoris crustis columnarum moles  
aduehāt earumq; deaurēt capita. preciosa ornamenta  
contexant: preciosum ornatus nō sētencia ebore argē-  
toq; ualuas: et gemis aurata distiguāt altaria: nō ip̄hē-  
do nō abmo: unusquisq; istuo sēsū abundet melius ē  
ēi hoc facei q̄ repositis opib; icubā sed tibi aliud propo-  
situs ē christus uestire i paupib;: uisitare in lāguētib;  
pascere in esuriētibus: suscipere in his qui tecto idigēt  
et maxime i domesticis fieri. **Uirginis** alere mōasteria  
seruorum dei et pauperum spiritu habere curā: qui di-  
ebus ac noctibus seruiunt doio tuo: qui in terra positi  
angelorum imitatur cōuersionē: et nihil aliud loquun-  
tur nisi quod ad laudes dei pertinet: **Habēt**q; uictus  
atq; uestitus his gaudēt diuitiis: qui plus habere no-  
lunt: si tamē seruāt propositus: alioquin si plus deside-  
rāt: his quoq; quæ necessaria sunt probantur indigūi  
**Hæc** ad uirginē diuitē et uirginē nobiles sum locutus  
**Nunc** tantus ad uirginem loquar. idest non ea quæ ex-  
tra te sed in te sunt tātum considerāo preter psalmorum  
et orationis ordinē quod tibi hora tertia: sexta: nona:  
ad uesperus medio noctis: et mæ sēper est exercendus  
statue quot horis scripturā sctas ediscere debeas: quā-  
to tēpore legere non ad laborē sed ad delectationes et  
instructionē animæ: cuiusq; hæc finiueris spatia et frequē-  
ter te ad sigenda gēua sollicitudo animi suscitauerit: ha-  
beto lanā semper in manibus: et staminis pollice fila  
deducito: uel ad torquēda subtegmia i aluolis fusa  
uertatur. aliarumq; neta aut in globus collige: aut ter-  
enda compone: quæ texta sunt respice: quæ erata rep-  
hende: quæ faciēda cōstitue: **Si** tantis operum uarie-  
tibus fueris occupata nunquas tibi dies longi erunt:  
sed q̄ uis æstiuis tendātur solibus breues uidebuntur  
in quib; aliquid operis pretermisus ē. **Hæc** obscurāo  
te ipsā saluabis: et alias et eris magistra conuersatiōis  
sanctæ multarumq; casitatē lucrus tuum facies dicēte  
scriptura: **In** desideris est anima ois ociosi. **Nec** icar-  
co tibi ab opere cessādius ē quia deo propitio nulla re  
indigeo: sed ideo cum omnibus laborādum est ut per-

occasione[m] operis nil aliud cogites nisi quod ad deo  
 mini pertinet seruitutem. **S**impliciter loquar quauis  
 omnē celsus tuum in pauperes distribuas: nihil apud  
 christum erit preciosius nisi quod manib[us] tuis ipsa con  
 feceris uel in usus proprios uel i exemplis uirginis  
 terrarius uel quod aui[m] matriq[ue] offeras maiora ab eis  
 in refectionem pauperum receptura: **P**ene pretereū  
 quod uel precipuum est. **A**um esses paruula et sancte  
 ac beate memorie Anastasius episcopus Romanas  
 reget ecclesiam de orientis partib[us] hareticorum saua  
 tempestas simplicitates fidei que apostoli uoce lauda  
 ta est polluet et labefactare cōata est. **S**ed uir diuissim[us]  
 paupertatis et apostolicę solitudinis: statim noxiū  
 percussit caput et sibilantia hydra ora cōpescuit et quia  
 uereor immo rumore cognoui in quibusdam adhuc ui  
 uere et pullulare uenenata plātaria illud pio charitatis  
 affectu pramonēdus puto et sancti Innocenti[us] qui a  
 apostolicę cathedre et supradicti uiri successor et filius ē  
 teneas fides: nec peregrinā quia tibi prudens callida  
 q[ue] uideatur doctrinam recipias. **S**olent enim huius  
 cemōi p angulos multari: et quasi iustitiam dei quare  
 re cur illa aia i illa sit nata prouincia: **Q**uid causę extitit  
 ut alii de christianis nascantur parentibus. **A**lii inter fe  
 ras et seuisimas nationes ubi nulla dei notitia ē cum  
 q[ue] hoc quasi scorpionis ictu simplices quosq[ue] percusserit  
 et fistulato uulnere locus sibi fecerit: uēna diffundunt  
 putas. ne frustra infās paruulus et qui uix matrē risu  
 et uultus hilaritate cognoscat: qui nec boni aliquid fe  
 cit: nec mali dāmonē corripitur morbo opprimitur re  
 gio et ea sustinet quę uideus hoies ipios nō sustinere  
 et sustinere deo seruientes. **S**in autē iudicia inquirunt do  
 mini uera iustificata in semetipsis. **E**t nihil apud deum  
 iniustum est ipsa ratio cōpelliur ut credamus animas  
 fuisse in cęlestibus et propter quadā ātūca peccata dā  
 natas in corporib[us] humāis et ut ita loquāur sepultas  
 nosq[ue] i ualle lachrymarum pēnaluetenus lue[re] pēturus  
**U**nd et propheta dicit priusq[ue] humiliarer ego peccaui et  
 educ animas de carcere: et iste peccauit ut cæcus nasce  
 retur ex utero an pētēs eius et cetera his similia. **H**ęc  
 impia et scelerata doctria olim i egypto et orientis p[ar]tibus  
 uersabatur: et nunc abscondite quasi in quibusdam  
 foueis uiperarum apud plerosq[ue] uersatur illarumq[ue]  
 partium polluit puritatē et quasi hæreditario malo ser  
 pit i paucis: ut pueniat ad pluriōs: quā certus sum q[ue] si  
 audieris nō recipias hęc enis apd deum magis qua  
 rus fides norma doctria ē intelligis qd loquor. **D**abit  
 enis tibi deus i oibus intellectum nec statim aduersum  
 fauissimā hæresis et multo his nequiora q[ue] dixi respō  
 sionē ordinis flagitabis: ne nō tā prohibuisse uidear q[ue]  
 cōmonuisse cum presentis operis sit instruere uirginē  
 non hæreticis respōdere. **A**terum oēs fraudulētias eo  
 rum et cuniculos quibus nituntur subuertere ueritatē  
 i alio opere deo adiunāte subuertius. quod si uolueris  
 p[ro]p[ter] libeterque mittēus. **U**troneas enis aiunt pute  
 re merces et precia facilitate decrescere: quę sēp i rar  
 tate maiora sunt. **S**olet inter plerosq[ue] esse certamen  
**U**trum solitaria an cus multis uita sit melior quarum  
 prima prefertur quidem secundę. sed in uiris quides  
 periculosa est ne abstracti ab hominum frequentia sor  
 didis et impiis cogitatioib[us] pateant: et pleni arrogātia  
 et supercilii cunctos despiciant: armentq[ue] liguas suas  
 uel clericis uel aliis monachis detrahendo de quibus  
 rectissime dicitur filii hominum dentes eorum arma et  
 sagittę: et lingua eorum gladius acutus: quātomagis  
 in sceminis quarum mutabilis fluctuansq[ue] sēntia si  
 suo arbitrio relinquatur cito ad deteriora dilabuntur  
**N**oui ego in utroq[ue] sexu per nimia abstinentiā cerebri  
 sanitatē in quibusdam fuisse uexatas precipueq[ue] in

his qui in humectis et frigidis habitare cellulis: ita  
 ut nescirent quid agerēt quo ue se uerterēt: quid loqui  
 quid tacere deberent. **A**terum si rudes secularis lit  
 terarum de tractatib[us] hominum disertorum quippias  
 legerit uerbositate solā discunt absq[ue] noticia scriptura  
 rum: et iuxta uetus elogium. **L**um loqui nesciāt taceē  
 non possunt: docentq[ue] scripturas quas nō intelligunt: et  
 cum aliis psuasent eruditorum sibi assumunt superci  
 lium prius iperitorum magi q[ue] doctorum discipuli.  
**B**onum ē ergo obedire maiorib[us]: parere pfectis et p[ro]  
 regulas ueritatis scripturarum uitę suę tramitē ab aliis  
 discere: nec pceptore uti pessimo. s. p[re]sumptione sua: de  
 talib[us] sceminis et apostolus loq[ue]t: q[ue] circumferuntur om  
 ni uento doctria sēper discentes et nunq[ue] ad scientiā  
 ueritatis puenientes. **C**atronarum maritis ac seculo  
 seruientium tibi consortia declinētur: ne sollicitetur ani  
 mus et audias quid uel maritus uxori uel uxor locuta  
 sit uiro. **D**enenata sunt huiusmodi cōfabulationes: pes  
 simę super quarum damnatione secularē uersum assu  
 mens apostolus fecit ecclesiasticum. **L**orrumpunt bo  
 nos mores cōfabulatiōes pessimę: cuius iābic[us] metrus  
 dum uerbum seruat ex uerbo: nequaq[ue] expressit latia  
 translatio: graues sceminę et maxie uiduę ac uirginē  
 tibi comites eligantur: quarum probata ē conuersatio  
 sermo moderatus: sancta uerecundia. **F**uge lasciuam  
 puellarum quę ornāt capita sua: crines a fronte dimit  
 tunt: cutem polliunt: utuntur pigmētis: astrictas habēt  
 maicas: uestimēta sine ruga: loccosq[ue] crispantes ut sub  
 nomine uirginali uendibilib[us] appareant. **C**ores. n.  
 et studia dominarum plerumq[ue] ex ācellarum et comitus  
 morib[us] indicātur. **A**la sit tibi pulchra: illa amabilis: illa  
 inter solias habēda: quę nescit se esse pulchrā. **A**uę ne  
 gligat formę bonum et procedens ad publicus nō pec  
 tui non colla denudat: **N**ec pallio reuoluto ceruices a  
 perit: sed quę celat faciē: et uix uno oculo qui uix ne  
 cessarius ē patēte ingreditur. **D**ubito an loquar sed ue  
 lim nolim quia crebro fit dicendum ē nō quo hęc i te  
 timere debeat: q[ue] ista forsitan nescias nec unq[ue] audieris  
 sed quo p occasione tui ceterę pmonendę sunt cōcina  
 tuos pueros et calamistratos et peregrini muris olen  
 tes pellicula de quib[us] illd arbitri est nō bene olet qui be  
 ne semp olet: quasi qualdā pestes et uenena pudicitia  
 uisitatio et se infamat et alias: et ēt si nihil mali operis  
 ppetretur: tamē hoc sit uel maximus malum frustra pa  
 tere maledictis et morib[us] ethnicorum. **N**ec hoc de oi  
 bus dicimus: s[ed] de his quos ecclia ipa rephēdit: quos  
 interdum abicit: **I**n quos non nunq[ue] Episcoporum et  
 psbyterorum censura deseuit ut prope periculosius sit  
 lasciuis puellis ad loca religionis quā ad publicus pro  
 cedere. **A**uę uiuunt i monasterio: et quarum simul ma  
 gnus est numerus: nunq[ue] solę: nunq[ue] sine mēe proce  
 dant. **D**e agmine columbarum crebro accipiter unam  
 separat: quam statim inuadit et lacerat et cuius carnib[us]  
 et cruore saturatur: morbida oues relinquunt greges  
 suum: et luporum faucibus deuorantur. **S**cio ego sanc  
 tas uirgines q[ue] dieb[us] festis pp populorum frequentia  
 pedem domni cohibent: nec tunc egrediuntur quādo  
 maior est adhibenda custodia et publicus penitus dui  
 tandum. **A**nte annos circiter triginta de uirginitate ser  
 uanda edidi librum: in quo necesse mihi fuit ire contra  
 uicia et propter instructionem uirginis quā monebam  
 diaboli insidias patefacere: qui sermo offendit pluriōs  
 dum unusquisq[ue] in se intelligens qd dicebatur: non q[ue]  
 monitorem libenter audiuit: sed quasi criminatōrē sui  
 operis aduersatus est. **D**erum tamen quid profuit ar  
 masse exercitum reclamātium: et uulnus cōscientię do  
 lore monstrasse? **L**iber manet homines praxerierunt  
 .m. 9.

Scripti ad plerasq; uirgines et ad uiduas  $\sigma\pi\tau\omicron\nu\Delta\alpha\sigma$  uia et quicquid dici poterat i illis opusculis dfloratus e ut aut ex supfluo eade a nobis repetatur: aut nunc pretermiffa plurimum noceat. **Lerte et Beatus Lypri** amicus egregium de uirginitate uolumẽ edidit: et multũ alii: tam latino q̃ graeco sermone omniumq; gentium litteris: atq; linguis p̃cipui in ecclesijs agminis uita lau data est: sed hoc ad eas p̃tineat q̃ necdum elegerat uir ginitates: et exhortatione indiget: ut sciant quale sit: q̃ eligere debeant: nobis electa seruanda sunt: et q̃ inter colubras et scorpiones incedendum. **Ut accinctis lum bis: calcatisq; pedibus et apprehensis manu baculis iter per insidias huius seculi et inter uenena faciamus: pos simusq; ad dulces Jordanis puenire aquas: et terras repromissionis intrare: et ad domum dei ascendere ac dicere cum propheta. Domine dilexi decore domus tua: et locum habitationis glorie tuae. Et illud. Uias petii a domo et hanc requiram ut inhabites in domo domini omnibus diebus uitae meae felix illa cõsciẽtia et bea ta uirginitas in cuius corde praxer amorẽ christi qui e Sapiencia. **Basititã** patiẽtia atq; iustitia ceteraq; uirtutes nullus alius uersatur amor. nec ad recordationes hois aliquãdo suspirat: nec desiderat uidere quẽ cum uiderit nolit dimittere sanctum uirginum propositum et caelestes angelorumq; familiã gloriã quarundam non bene se agentium nõden infamat quibus aperte dẽ cendum est ut aut nubant si se non possunt continere: aut contineant si uolunt nubere: **Digna** res risu immo placenti. **Incedẽtibus** dominabus ancilla uirgo proce dat ornator ut pro nimia consuetudine quam in com ptam uideris: dominam suspicaris nonnulla separata: et absq; arbitris quarunt hospitia ubi trununt licentius utantur balneis faciãtas quod uolunt. ut deuitent con scientias plurimarum: **Hac** uidemus. et patimur. et si aureus nummus affulserit inter bona opera deputãus furem iungo principio nec semel monuisse contentus sum: ama factas scripturas: et amabit te sapientia. dilige eam et seruabit te. **Honora** illam et amplexabitur te. **Hac** monilia in pectore et in auribus tuis hãreãt nihil aliud nouerit lingua nisi christus. nihil possit foare nisi quod sanctum est. **Auix** tua tibi sepe ac matris in ore dulcedo uerferur: quarum imitatio forma uirtutis est**

**Incipit alia Epistola Ad Demetriades sub nõine Hieronymi inscripta de uirginitate: et uita perfecta:**

**ARGVMENTV.**



**O** summ in cõendatione uirginis expõens a temeritate et ambitione se purgat: et institutus uirginem de bono naturã pertractat optimum incitamentus dicẽs docere aliquem id assequi posse quod cupiat:

**Domini** ad imaginem de creatum rationis particeps asserit in hoc perfectiones effectum: quod liberus accipit arbitrium: ut in eo esset iusticiã bonus uoluntarium non coactus arguens illos qui opus dei reprehẽdentes asserunt tales hominẽ fieri debuisse qui malus facere omnino non posset: **Effert** autem naturã bonus ex insito dolore a rubore peccati: et læticia cunctis in nata ex conscientia recte factoris exempla ex ueteri testamẽto proponens eorum qui sine lege iustificati sunt. **Probat** quoq; testimonijs scripturarum peccatum uoluntati peccãtis impingi nõ necessitati nature: **Exẽplis** quoq; astruens in eadem natura merita esse diuersa: et per multa tempora homines propterea sine lege relictos quia erat ad iusticias sufficiens sine lege natura et talibus dictis facillima uirginũ ex naturã bono pro

posita suadet deum et sponsi scrutandã uoluntatem ostendens illam quadrifari partitõe distigui dus quedã iubetur: prohibetur alia et cõceduntur aliqua et aliqua suadentur asserens uirginem quã consiliũ amplexata est multo magis seruare debere preceptis: et despectis terrenis semper caelestia suspirare animus optimis rebus occupare et uiam perfectionis in teneris annis quodã risu et exercitaciõe in naturã transire. **Excitet** deinde uirginem ex domestica gloria et quadam cõparatione sui generis uiris ac magistratibus praxert non tantum hominum oculos asserens in illam esse conuersos sed deum eius omni angelorum milicia ipsius praxtolari certamen: **Docet** quoq; minima praxcepta non negligenda. **Et scãd apostolicã sententias: Omnia** sine murmurati one cõplenda. **Quo** dicit esse uicia quã difficultus sup autur gulam atq; libidinem: **Quã** eius uirgo sancta calcauerit: facilius uincere debet quã cruciãt: **Spemere** potuit quã delectãt: **Admonet** illas ad sãctitatẽ ex duplici dignitate filiationis: ac desponsationis docẽs eam ex hoc debere esse perfectã: sicut et pater perfectus est: ne mies lædere nulli detrahẽre: nec detrahẽtes audũ i sermone modestiã grauitatẽq; seruare. **Docet** deinde uirtutes uiciaq; discernere et quid iter uerã et fictam humilitatẽ interfir. **Donet** adulanti nõ crederi: nec quẽq; adulatione decipere: moderata seruare ieiunia. **De** dignitate natalis nõ gliari. **Raro** in publicum procedere: instruit quoq; de congruo oionis tempo: et modo lectionis scripturarum. **Insinuat** qualis debet eẽ ornatus in christi sponsa: hortatur ut cauta sit: atq; sollicita cõtra callidi hostis insidias: docẽs qualia cõtra eius sunt arma sumẽda ipsius in tentando animas simplices pro dens astutiã. **Erudit** quoq; ad cautellã in discernẽtis cogitationibus et q̃ cogitatio ascribatur culpa: et qualiter p̃rnis motibus resistatur. **Ad** extremum ad omnes laborem ferendum illas cõsideratione instabilitatis humanã et futuri aduẽtu iudicii tamẽ magis cõtemplatiõne aternitatis exhortano.

**Aliud Argumentum.**

**Q**Uiaq; a plerisq; hac epistola dicitur nõ esse Hieronymi: sed alicuius pelagianis eo q̃ nimis bonum naturã et liberus p̃dies arbitrius: **Beda** Presbyter dicit eã esse Juliani eius hãresis sectatoris in libro de grã dei cõtra eundem italicum. **Ros** plerasq; huius epistolã ab Augustino nominus eẽ rephensa tanq̃ gratiã dei aduersantia. **Unde** et suspicatur illã a pelagianis p̃scriptam sic ipse scribit i epistola ad iulianam. **Demetriadis** matrẽ quã ob hoc ipsi libello subdidimus. **Continet** tamẽ multa salutaria monita et cõmuniter i exemplaribus sub noie Hieronymi hẽtur inserta ideoq; et nos illã inscripsimus.

**Epistola.**

**I**SV. **Q**UO ingenio parq; fretus scientia officium scribendi facile me implere posse crederem. tamẽ tam arduus hoc opus igredi sine magno difficultatis timoẽ non possem. **Scribendum** est. n. ad Demetriadem uirginẽ christi: uirginẽ nobilem: uirginẽ diuitem: et qã his maius est ardore fidei nobilitates diuitiasq; calcantem: quã utiq; pro tã insignis admiratione uirtutis ut laudare omnibus facile ita docere difficile est. **Aut**. n. oio deesse possit in eius laude celebranda: q̃ summo loco nata in summis opibus delitãtisq; nutritã tantis tamq; uariis uitã huius

blādimentis: uelut tenacissimis quibusdam irretita uir-  
 culis subito eruperit: cunctaq; simul corporis bona ai-  
 mi uirtute mutauerit: quæ florem ipsum adhuc inuen-  
 tis ætatis quodam fidei gladio: idest uoluntate succi-  
 derit et crucifigēs cum christo carnē suā uiuā sanctāq;  
 hostiā sacrauerit deo: ac nobilissimi sanguinis posterita-  
 tē uirginitatis amore contempserit. **P**rona autem et fa-  
 cilis dicendi uia est quæ ipsa ubertate materix cursum  
 orationis accendit. **S**ed nobis alio magis iterum pergē-  
 dum ē quibus propositum est institutionē uirginis scri-  
 bere nō laudē: nec paratas iam uirtutes exprimere q̄  
 parandas: magisque reliquā ordinare uitas q̄ ornare  
 præteritā. est autem difficillimum cuius eius persona fac-  
 re in qua cupiditas tanta discēdi ē: tantusq; pfectiois ar-  
 dor ut ei quilibet perfecta doctrina par esse uix possit.  
**C**ōmīnit enim recte q; meminuit quas mundi opes glo-  
 riāq; respuerit quibus uoluptatibus renuntianerit quas  
 denique contēpserit uitæ præsentis illecebras. **E**t ideo  
 contenta non est cōmuni hoc mediocriq; genere uiuen-  
 di: et qd̄ facile ipsa multorum societate uilescat: nouum  
 aliquid et inusitatum requirit præcipuum ac singulare  
 quoddam flagitat: non minus conuersionē suā q̄ con-  
 uersationē cupit esse mirabilem: in seculo nobilis apud  
 deus cupit esse nobilior: taz preciosa requirit i moribus  
 q̄ contempserit in rebus. **H**unc itaq; taz deuota mentis  
 ardorem: hanc tantæ perfectionis sitim: quod unquam  
 satiabit flumen ingenii: quæ uis aliquando orationis:  
 quæ copia tantum uerbis exprimere poterit: quantum  
 parata est uirgo rebus implere: **N**obis uero donanda  
 est uenia. qui ad ornandus domini tabernaculus secun-  
 dum uires nostras munus offerimus. **N**ec ueimur ne  
 temere scribendo ad tantæ nobilitatis uirginem ultro  
 nos moribus tradamus inuidiæ. **S**cribimus enī pe-  
 tente sancta matre eius: immo iubente idq; a nobis trās-  
 marinis litteris miro cuius desiderio animi flagitate quæ  
 facile ostendit quo studio quantaq; cura in filiā germē  
 celeste plantauerit dus illud solite cupit ab aliis irriga-  
 ri. **R**emoti igitur a temeritate et ambitione liberi propo-  
 sito insudemus operi nec de mediocritate diffidamus i  
 genii quod credimus et sīde matris: et merito uirginis  
 adiutari. **Q**uotiens mihi de institutione morum et san-  
 ctæ uitæ cōuersatione dicendum est soleo prius humanæ  
 naturæ uim qualitātēq; monstrare: et quid efficere pos-  
 sit ostendere ac iam deinde audientis animum ad spē  
 incitare uirtutum: ne nihil prosit ad ea uocari quæ sibi  
 impossibilia esse præsumpserit. **N**unq̄ enim uirtutum  
 uias ualemus ingredi nisi spe comite ducamur: **S**iqui-  
 dem appetentis omnis conatus perit consequendi de-  
 speratione. **Q**uem ego exhortationis ordinem cum in  
 aliis quoq; opusculis tenuerim tum hic maxime obser-  
 uandum puto ubi eo plenius naturæ bonum declarari  
 debet quo instituenda est uia perfectior ne tanto remis-  
 sior sit ad uirtutem animus ac tardior quanto minus se  
 posse credat et dum quod inesse sibi ignorat id se existi-  
 mat non habere. **P**roferenda semper innotitas ea res  
 est cuius usus desideratur et explicandus quicquid boni  
 natura potest cui quicquid posse probatur implendus  
 est: **H**æc igitur prima sactæ ac spiritualis uitæ fundamē-  
 ta iacentur ut uires suas uirgo agnoscat quas demum  
 bene exercere poterit cum eas se didicerit habere opti-  
 ma enim animi incitamenta sunt cui docetur aliquis pos-  
 se quod cupiat **N**am et in bello ea exhortatio est ma-  
 xima: eaq; plurimum auctoritatis habeat. quæ pugna-  
 torem d̄ uiribus suis admonet. **P**rimum itaq; debet  
 naturæ humanæ bonum de eius aucto: metri deo scili-  
 cet qui cum uniuersa mundi. et quæ intra mundi sunt  
 opera bona et ualde bona fecisse referatur: quanto pu-  
 tas præstantiorē ipsum hominē fecit: propter quem

omnia etiā intelligitur illa condidisse **Q**ues dus ad ima-  
 ginē et similitudines suam facere disponit: anteq̄ faci-  
 at qualē sit facturus ostendit: **D**einde cum subiecit ei  
 uniuersa animalia eumq; eē cōstituit eorum domium q̄  
 uel more corporis uel uirium magnitudine uel armis  
 dentium multo ualētiora homine fecerit: satis declarat  
 quanto pulchrius sit homo ipse conditus: quem uel ex  
 hoc uoluit naturæ suæ intelligere dignitatem: dum for-  
 tiora sibi subiecta miratur aialia neq; enī nudum illux  
 ac sine præsidio dereliquit ne diuersis periculis uelut i  
 firmum exposuit: sed quē inermes extrinsecus fecerat  
 melius itus armauit ratiōe scilicet atq; prudētia: ut per  
 intellectum uigoremq; mētis quo cæteris præstabat ai-  
 malibus factorem omnium solus agnosceret: et inde ser-  
 uiret deo unde aliis dominabatur. **Q**uod iusticiæ bōus  
 uoluntarium esse uoluit non coactum reliquit eum in  
 manu consilii sui posuitq; ante eum uitam et mortem  
 boni et mali: et quod placuerit ei dabitur illi **U**nde  
 et in deuteronomio legimus: **U**itam et mortem dedi  
 ante faciem tuam benedictiones et maledictionē: elige  
 tibi uitā ut uiuas. **H**inc iam tibi prouidendus est ne for-  
 te illud remordeat te: **I**n quo temere imperius uulgus  
 offendit. ut ideo non uere bonus factus hominē putes  
 quia is malum facere potest: nec ipsa naturæ uolentia  
 astringitur ad immutabilis boni necessitatē. **M**as si dili-  
 genter retractes et ad subtiliorē intellectum cogas ani-  
 mum: **H**inc tibi melior status hominis: ac superior ap-  
 parebit unde putatur inferior: **I**n hoc enim gemini uti-  
 neris discrimine i hac utriusq; libertate ptis rationabi-  
 lis animæ decus positum ē. **H**ic inq; totus naturæ no-  
 stræ honor cōsistit: hinc dignitas: hinc deniq; optimi  
 quiq; laudē meretur: hinc pmiū nec esset omnino ul-  
 la uirtus in bono pseuerantis si is ad malum trāsīt nō  
 potuisset. **D**olens nāq; deus rationabiles creaturā uo-  
 luntari boni munere **E**t liberi arbitrii ptate donare u-  
 triusq; partis possibilitatē homini inferendo: proprius  
 eius fec esse qd̄ uelit ut boni ac mali capax naturaliter  
 utrunq; posset: et ad alterutrum uoluntate d̄flecteretur  
 neq; .n. aliter spontaneum habere poterat bonum: nisi  
 xque et malum hēre potuisset. **U**trunq; nos posse uo-  
 luit optimus creator: sed unus facei bonum scilicet qd̄  
 et iperauit. **C**aliquis facultatē ad hoc tantum dedit ut  
 uoluntatem eius ex nostra uoluntate faceremus. **Q**d  
 cuius ita sit hoc quoq; ipsum qd̄ et mala facei possumus  
 bonum est. **B**onum inq; quia boni ptē meliorē fac. **F**a-  
 cit enī ipsa uoluntaria sui iuris: nō necessitate diuinctā  
 sed iudicio liberā. **L**icet quippe nobis eligere: resutare  
**P**robare: respuere: nec ē quo magis rationabilis crea-  
 tura cæteris pferatur: nisi q̄ cum omnia alia conditiōis  
 tantum ac necessitatib; bonus habeat: hæc sola habet uo-  
 luntatis. **S**ed pleriq; impie nō minus q̄ impite cum  
 super statu hominis q̄ritur uereor dicere q̄ rephēdē-  
 tes opus domini talem illum aiunt debuisse fieri: **Q**ui  
 omnino facere non posset malum. **N**est itaq; ei figmē-  
 tus qui se fingit **Q**uid me fecisti sic: et improbissimi ho-  
 minum dum dissimulat idipsum bene administrare: qd̄  
 facti sunt: aliter se factos fuisse malunt: ut qui uitā suā  
 emendare uolunt uideantur emendare uelle naturam  
 cuius bonum ita generaliter cunctis institutum ē ut in  
 gentilibus quoq; hominib; qui sine ullo dei cultu sunt  
 se non nunq̄ ostendat ac proferat: q̄ multos .n. philo-  
 sophorum audiuius et legimus et ipi uidimus castos  
 patientes: modestos: liberales: abstinentes: benignos  
 et honores simul mundi et delicias respuentes: et ama-  
 tores iusticiæ nō minus q̄ scientiæ. **U**nde quæso homi-  
 nibus alienis a deo ista quæ deo placent? **U**nde autē  
 illis bona nisi de naturæ bono. **E**t cum ista q̄ dixi uel o-  
 nia in uno: uel singula in singulis hēri uideamus cum



omnium una natura sit exemplo suo sibi inuicem ostendunt omnia in omnibus esse posse quae uel omnia in omnibus: uel singula in singulis inuentantur. Quod si sine deo homines ostendunt quales a deo facti sunt: uide quid christiani facere possunt: quomodo in melius per christi instructa Natura est: Et qui diuina quoque gratia iuantur auxilio. Age iam ad Animam nostram secreta uentamus seipsius unusquisque attentius respiciat: Interrogemus quid a hoc sentiat propria cogitationes. ferat sententiam de natura bono ipsa conscientia instruat doctissimo magisterio animi et mentis: bona non aliunde magis quaeque quam ab ipsa mente discamus. Quid illud obsecro est quod ad oem peccatum: aut erubescimus aut tremamus et culpam facti nunc rubore uultus: nunc pallore monstrans ac trepidanti animo etiam in minimis delictis testes effugimus: conscientia remordemur: Et diuerso autem in omni bono latere constantes intrepidi sumus: Idque si occultus est palam etiam fieri cupimus uolumus: nisi quod testimonio est sibi ipsa natura: quae hoc ipso declarat bonum suum: quod ei malum displicet: et dum in bono tantum opere consistit: quid solum eas deceat ostendit: Hinc illud est quod frequenter occulto carnificum auctores sceleris conscientia tormenta deseruiunt: Et latentem reus secreta mentis poena persequitur: nec ullus post culpam est in punitatis locus: dum sit reatus ipse supplicium. hinc est quod e contrario innocens inter ipsa tormenta fruatur conscientia securitate: et cum de peccata metuat: De innocetia gloriatur: Est enim inquam in animis nostris naturalis quaedam ut ita dixerim sanctitas quae uelut in arce animi praesidens exercet boni malique iudicium: et ut de honestis rectisque fauet actibus. ita sinistra quaeque opera condemat atque ad conscientiam testimonium diuersas partes domestica quadam lege diiudicat: nec ullo profusus ingenio aut fucato aliquo argumentorum colore decipit ipsa nos cogitationibus fidelissimis: integerrimus sane testibus: aut arguit: aut defendit: Huius legis scribens ad Romanos meminit Apostolus: quam omnibus hominibus insitam uelut in quibusdam cordis tabulis scriptam esse testatur: Cum enim inquit gentes quae legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt: huiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente eis conscientia eorum: et inter se inuicem accusantur cogitationum aut etiam descendunt: Hac lege uisunt omnes quos inter Adam atque Moysen sancte uixisse Et placuisse deo scriptura commemorat: Quorum tibi exempli causa aliqui proponendi sunt: ut facile intelligas quantum sit natura bonus: cum eam legis uice docuisse iustitiam probaueris: Abel primus hanc magistrum secutus ita Dominum promeruit ut cum ei offerret Hostiam: Nam grate sacrificium eius acceptum Deo fuerit ut fratrem in inuidiam concitaret: Auxium iustum in Euangelio dominus ipse commemorans breuiter perfectionem eius exposuit. Omnes enim uirtutum species: uno nomine continentur iustitiae: Beatum Enoch ita placuisse deo legimus: Deus e medio mortalium raperet: Et in mundo consumatum de mundi habitatione transferret: Noe iustus in generatione sua et perfectus asseritur: cuius sanctitas eo magis est admirabilis: quo toto profusus a iustitia declinate mundo solus iustus inuentus est: nec ab alio quaesuit sanctitatis exemplum: sed ipse praebuit et ideo totius orbis inuicem suffragio solus omnium meruit audire: Intra tu et domus tua in Arcam: quia te uidi iustus in generatione ista coram me. Ante deum autem probatur iustus iste qui et corpora factus est et corde: Melchisedech sacerdos dei legitur cuius meritum ex hoc facile intelligi potest quod multo post futurum domini sacramentum ante signauit

ac sacrificio panis et uini mysterium corporis et sanguinis expressit: Ac sacerdoti sui typhochristi sacerdotus figurauit: cui a patre dicitur Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem melchisedech. Nam et quod benedicit Abraham principem patriarcharum qui per circumcisiones iudaeorum patet. per fidem gentium illius signatissime ostenditur figuram: qui per fidem suam et iudaeis donauit benedictionem et gentibus Loth quoque sancti Noe uirtutes secutus inter tot peccantium exempla iustitiam non reliquit: et ut illum totius mundi non uicem exemplum ita hic tota illa in qua habitabat regione peccante contra multitudinis uicia tenuit sanctitatem. Qui ut beatus Petrus apostolus ait uisu et auditu iustus erat: et iter per simos positus mala eorum et oculis aduersabatur et auribus: atque ideo simili exemplo: ut ille diluuium: ita hic ereptus est incendio Quid Abraham alicuius dei quid Isaac et iacob memorem quam perfecte impleuerunt domini uoluntatem uel hinc possumus extirpare quod familiaritatem quadam et praecipua dignitate eorum se deus uoluit nominari: Ego sum inquit deus abraham: et deus Isaac et deus Jacob: hoc nomen meum est sempiternum et memoriale in generationes generationum. Joseph fidelis domini famulus et perfectus a puero tribulationibus magnis iustus ostenditur. Qui primum a fratribus israhelitis in seruum adductus est: ab eisque uenditus: a quibus se uiderat adorandum. Deinde aegypto domino traditus semper ingenuam animam tenuit dignitatem. Docuitque exemplo suo et seruos et liberos in peccato non conditiones cuiusque obesse sed mentem. Hic quaeso remora paulisper et castum animum sollicite uirgo considera. Occupatur a domina femina adolescens: nec ad concupiscentiam prouocatur: rogatur et effugit. Pona hac in re et blanditur et supplicat: quae ceteris imperabat. Amator dei mulieris amore non uincitur. Castum animum nec aetas adolescentiae promouet nec diligentis auctoritas. Lamentum frequenter domina propiores adolescenti insidias tendit in secreto ac sine testibus manu impudens apprehendit ac procacioribus uerbis hortatur ad crimem: nec quidem hinc uincitur: sed ut uerba uerbis ita res rebus refert. Nam qui frequenter rogatus negauerat: tunc comprehensus suo aufugit: et antequam illud euangelicum diceretur. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo. Ille non aspectu solum: sed ipso peccato complexu prouocatus a femina feminam non concupiscit. cauitatis uirtute nunc usque mirata es: nunc respice benignitatem. Priusquam propheta diceret Unusquisque iniurias proximi sui non reminiscatur in corde suo: ille pro odio reddidit caritatem: et cum uideret fratres suos: imo in inimicos ex fratribus cumque ab eis agnosci uellet dilectionis affectum pio dolore testatus est. De osculabatur singulos et irriguis fletibus paentium colla perfundens odium fratrum caritatis lachrymis abluibat: quos tantum uiuio pie: quam mortuo germano semper dilexit amore nec recordatus illum est in quo ad necem fuerat deiectus lacum. Non cogitauit addictam germanitatem peccato: sed pro malis bona retribuens apostolicum preceptum sub natura adhuc compleuit Quid de beato Job dicam: famosissimo illo athleta dei: qui pro direptas opes et funditus deleta patrimonia pro filiorum et filiarum unum subito interitum: ad ultimum proprio contra diabolum corpore dimicauit: Auferuntur omnia quae extrinsecus possidebat: extranea bona repente decidunt: ut magis pulchra clarescant. Omnibus profusus uelut idumentis exuitur: ut expeditius ac fortius nudus triumphet: et hostem quem ferendo danna superauerat rursus tolerando supplicia deuincat. De quo tale ipsius domini testimonium est. Nunquid considerasti puerum meum Job non est similis ei quisquam in terris: homo sine querela:

uertis dei cultor: abstineas se ab omni opere malo. Nec  
 unmerito. Semper enim ut ait ipse tanquam tumetes super  
 se fluctus timebat dominus: et presentia eius potius  
 ferre non poterat: nec audebat aliquando continere quod  
 ita semper adesse credebatur dicebatque securus sus. Non  
 enim reprehendit me cor meum in omni uita mea: Qui  
 antequam dominus praeceperet inimicos esse diligendos di  
 cere poterat. Si in malis inimici mei gaudius sus: si dixit  
 in corda meo benefactus est: Nec dicit euangelicus illud  
 sonuerat omni petenti te tribue: et iam ille dicebat: Si  
 exire passus sum inopem ianuam meam sine uisitato: Non  
 dum legerat illud apostolici: Quod iustum est et equum  
 seruus praestare et confidens clamabat ad dominum. Si  
 seruo nocui si ancillam laesi omnia tu scis domine. Priusquam  
 idem apostolus praecipere diuitibus non sublimem sapere  
 neque sperare in incerto diuitiarum: sic habuit ille diuiti  
 as ut se alibi diuites monstraret. In diuitiis inquit non  
 confidebam: nec in lapide precioso. Et hoc non uerbis  
 tantum sed ipsis quoque rebus probauit. Qui cum omnia  
 perderet non dolebat: dicebatque per singula. Dominus  
 dedit: dominus abstulit sicut domino placuit ita factus  
 est: sit nomen domini benedictus in secula. Nudus exi  
 ui de utero matris meae nudus reuertar illuc: Quo ani  
 mi affectu possideamus aliquid docemur: cum id amisi  
 mus: et cupiditates fruendi carenti dolor prodit qui in  
 carento non habuit dolores: in fruendo non habuit cu  
 piditatem. Quirius ante euangelia euangelicus: et apo  
 stolicam ante apostolica praeccepta discipulum apostolo  
 rum: qui aperiens occultas diuitias naturae et in medi  
 um proferens quid omnes possemus ostendit. Docu  
 itque quantum sit ille thesaurus animarum: quae nos sine usu  
 possidemus et quae proferre uolumus: nec habere nos  
 edimus. Postquam multa de natura diximus et sanctorum  
 exemplis bonum eius ostendimus ac probauimus: et  
 ne e contrario ad ipsius dei pertinet culpas putetur quod a  
 liqui iniqui fuerint scripturarum utar testimonio quae  
 peccantes ubique crimine uoluntatis grauent non excu  
 set necessitate naturae. In genesi legimus. Simeon et  
 leui fratres consummauerunt iniquitates suas ex uolun  
 tate sua. Ad Hierusalem dominus locutus est. Propter  
 quod dimiserunt ipsi uiam meam quas dedi ante facies  
 eorum: et non exaudierunt uocem meam sed abierunt post  
 uoluntates cordis sui mali. Ac rursus propheta. Et pec  
 castis deo et non exaudistis uoces eius: et in mandatis il  
 lius: et in legitimis: et in testimonio eius ambulare nolui  
 stis. Per Isaias quoque prophetas dominus locutus est.  
 Si uolueritis et audieritis me quae sunt bona terra ma  
 ducabit: Si autem nolueritis: neque audieritis me: gla  
 dius uos consumet. Et rursus Omnes uos occisione  
 decideris quia uocauit uos et non exaudistis: locutus  
 sus et neglexistis et fecistis malum ante conspectum me  
 um: et quae uolebas elegistis. Ipse quoque in euangelio  
 dominus ait. Hierusalem hierusalem quae occidis prophe  
 tas et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens uolui  
 congregare filios tuos: quod admodum gallina congregat  
 pullos suos sub alas: et noluisti. Ubi uelle uidemus:  
 et nolle eligere et resutare: ubi non uis naturae: sed liber  
 tas intelligitur uoluntatis. Plena sunt utriusque testimen  
 ti uolumina huiusmodi testimonio: quibus tam bonum  
 omne quam malum uoluntarium semper ascribitur: quod nos modo  
 breuitatis causa omittimus: maxime cum sciamus te sacrae  
 lectioni aditum de ipso uberius fonte potare. Neque  
 uero nos ita defendimus naturae bonum ut eam dica  
 mus malum non posse facere: quam utique boni malique  
 capacem esse profiteremur. Sed ab hac eam tamen modo  
 iniuria uindicamus: ne eius uicio ad malum uideatur  
 impelli: Qui nec bonum sine uoluntate facimus: nec  
 malum. et quibus liberum est unum semper agere cum se

per utrumque possumus. Unde. n. alii iudicantur sunt alii  
 iudicandi nisi quod in eadem natura dispar est uoluntas?  
 Et quia cum oes idem possumus diuersa faciamus.  
 Idque ut clarius luceat possit: aliqua exempla sunt profe  
 renda. Adam de paradiso efficitur. Snoch a mundo ra  
 pitur in paradysum in utroque dominus arbitrii libertatem  
 ostendit: ut ei placere potuit qui deliquit: ita potuit pec  
 care iste qui placuit. Non. n. a iusto deo aut ille puniri  
 meruisset aut hic eligi nisi uterque utrumque potuisset. Hoc  
 de Cain et Abel fratribus: Hoc et de Jacob et Esau geni  
 tibus intelligendum est ac sciendum sola uoluntatis cau  
 sas esse quod in natura merita diuersa sunt. Et sodomorum  
 crimina. Both sanctitas iudicauit. Nec illud est paruus  
 argumentum ad comprobandum naturae bonum quod  
 primi illi homines per tot annorum spatia absque ulla amoni  
 tione legis fuerint. Non utique quod deo aliquando cre  
 aturae suae cura non fuerit: sed quia se tale sciebat fecisse  
 hominum naturam ut eis pro lege ad exercendum iusti  
 tiam sufficeret. Venique quam diu recentioris adhuc natu  
 us uiguit: nec humanae rationi uelut quaedam caliginem legis  
 usus obduxit peccandi sine lege dimissa natura: ad quam  
 dominus nimis la uiculis obruta et quadam ignorantiae  
 rubigine infecta. Lina legis admouit: ut huius frequen  
 ti admonitione expoliretur: et ad suum possit redire ful  
 gorem. Neque uero alia nobis causa difficultatem benefacien  
 di facit quam longa consuetudo uiciorum quae nos infecit a p  
 uo paulatimque per multos corrumpit annos et ita postea  
 obligatos sibi et adductos tenet ut uim quodammodo  
 uideatur habere naturae. Omne illud tempus quod negligenter  
 edocti. i. ad uicia eruditi sumus: quo mali esse et stu  
 dum cum ad incitamentum nequitiae innocentia pro  
 stultitia duceretur nunc nobis resistit contraque nos uent  
 et noua uoluntate impugnat usus uetus: et miramur cur  
 nobis per octum atque desidia nescientibus et qui ab alio  
 sanctitas conferatur: qui nullam consuetudinem boni facimus  
 cum malum tam diu duximus. Hoc de naturae bono cur  
 sim quasi in alio opere dicta sunt quod ideo a nobis fa  
 ciendum fuit: ut tibi planiore uia ad perfectam iustitiam  
 sterneremus: quam eo facilius curreti possis quo in ea ni  
 hil asperum inaccessibile esse cognoueris. Nam si et ante  
 legem ut diximus: et multo ante domini nostri saluatoris adue  
 tum: iuste quidam uixisse et sanctae referantur: quanto ma  
 gis per illustrationem aduentus eius nos id posse creden  
 dum est qui instructi per christi gratiam in meliorem hominem  
 renati sumus qui sanguine eius expiati atque mundati  
 illiusque exemplo ad perfectam iustitiam incitati meliores illis  
 esse debemus: qui ante legem fuerunt: meliores et quam fu  
 erint sub lege dicente apostolo. Peccatum in uobis iam  
 non dominabitur. Non. n. estis sub lege sed sub gratia.  
 Et quoniam hic sufficienter ut puto diximus et de natu  
 rae et de gratiae bono. Nunc instituiamus perfectam uirginem  
 quae ex utroque semper accensa et naturae simul et gratiae  
 bonum morum sanctitate testetur. Prima igitur uirginis  
 cura primumque studium sit: scire uoluntatem domini sui  
 et quid ei placeat: quid ue displiceat diligenter inquirere  
 ut secundum apostolum rationabile reddat obsequium  
 tonumque uitae suae cursum ex eius possit ordinari sententia  
 a. Impossibile est. n. ei quem placere: cui quid placeat  
 ignorat. Merique potest ut etiam obsequendi uoto offendat  
 qui quomodo obsequi debeat ante non didicit. Et ut ma  
 ius est uoluntatem dei facere quam nosse. Ita prius est  
 nosse quam facere. Illud. n. merito procedit hoc ordine.  
 unde propheta dicit. Et tu israhel noli ignorare: ut bea  
 tus apostolus ait. Qui est ignorat ignorabit. Remque alibi  
 Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes  
 quae sit uoluntas domini. Initium obedientiae est quid peti  
 piatur uelle cognoscere et post est obsequii didicisse quid  
 facias: Scito itaque in scripturis diuinitus per quas solas

poteo plenam dei intelligere uoluntatem quasdas prohiberi praecepti quaedam concedi aliqua: non nulla suaderi. Prohibentur mala: praecipuntur bona conceduntur media: perfecta suadentur in duobus illis quae priori loco sunt peccatum omne concluditur. In utroque enim dei continetur imperium et non solum praecipere sed et prohibere ipsum iubentis est. Generaliter namque omnibus mandatur iustitia: quae saluator in euangelio breuiter quidem: sed plenius comprehendens ait quicquid uultis ut faciant uobis homines bona haec et uos facite illis: hoc est ut nihil mali inferamus aliis: et praestemus omnem quod bonum est quia uolumus ab aliis hoc in nos utrumque seruari. Haec sententia a quo iure praecipit uniuersos tenet: nec ulli omnino transgredi licet quod omnibus imperatum est. Apertusque contemptus dei est uel facere prohibita: uel iussa non facere. Duo uero reliqua quae sequuntur quorum unum conceditur suadet aliud: in nostra parte dimissa sunt: ut aut cum minori gloria concessa utamur ac licitis: aut ob maius praemium: et ea quae nobis praemissa sunt respiciamus. Conceduntur quidem nuptiae: carnis usus et uini: sed horum omnium abstinentia consilio perfectiore suadetur. Ad uirginitatis honorem pertinet licentia nuptiarum: et eorum indulgentia uirtutem abstinentiae clarior facit. Quod tempus uirgo coniugium licitum tibi priusquam continere tur maioris praemii amore flagras: uouisti deo non imputa sed laudata uirginitate: et consilio apostoli legem tuam fecisti latior: certaminis ingressa campum non tam laboris cursus quam brauium uictoriae cogitasti. Legeas credo illud euangelicum de perpetua castitate praemium et ipsius te domini sermo ad amore seruanda uirginitatis accendat: qui petri super hoc sententia ipsa rei magnitudine ac difficultate laudauit: et uoluntatis spadonibus regna caelorum promittens ait. Qui potest capere capiat rem itaque tam magna non impero: non impono sed offero: ne quis quidem ad hoc cogit: sed prouoco. quae quidem de uiris tantum sonare uideatur: non solum tamen de uiris dicitur sed aequalis utriusque sexus uirginitatis palma promittitur. Et apostolus de uirginibus praecipit quidem se dicit non habere domini: sed dat consilium. Dicit itaque. An experimentum spiritus eius qui in me loquitur christus. Perfectionis igitur serua consilium et beatitudinem spalis aggressa propositi: serua generale mandatum. Dixi idemque nunc repero. In causa iustitiae unum debemus omnes. Virgo: uidua: nuptia: summus: medius: et infimus gradus aequali iubentur implere praecipit. nec a lege soluitur qui supra legem facere proponit. Quis enim nullus magis illicita uitare debet: quam qui respicit quae licent bant nec quisquam ita a se mandata pollicetur implenda ut ille qui amore perfectionis supra mandata descendit. Et cum amplius statuit facere quam praecipit ostendit sibi minus praecipit esse quam poterit. Deinde qui tanta obedientia proficitur ut et consilium diuinum libenter audiat: quod debet audire praecipit? Illa enim res perfectionis est ista necessitatis. De uirginitate dicitur. Qui potest capere capiat: de iustitia non dicitur qui potest facere faciat. Sed de praecipito ait. Omnis arbor quae non facit fructus bonus excidetur: et in ignem mittetur. Considera quomodo quantum a consilio distat imperium. Quibus aliquos excepit: hic omnes generaliter comprehendit: ibi praemium proponit: hic poenitentiam: ibi inuitat ut facias: hic nisi feceris comminatur. Haec igitur optima ratio distinguens animaduerte quid offeras: adiuerte quid debeas: imo quia utrumque iam debes: et uirginitate quam uoluo obtulisti deo: Et iustitia quam ipse praecipit: integrum utrumque persolue: ille seruus domini placet qui ita aliquid utriusque operis exerceat ut tamen et impata faciat qui non facit aliud pro alio: sed utrumque nec mutat: sed addit obsequium: nec earum te exempla decipiant quae sibi in sola castitate plaudunt

tes ut post suas uoluntates eant dei uoluntatem abiciunt quae perpetua castitatis bonum non cum iustitia sed pro iustitia offerre uolunt: et in compensatione peccatorum praemium uirginitatis annumerat: atque pro praemio impunitate petunt: uel certe impudentiore uecordia coronandas esse se putant: et in regno caelorum exteris praefendas: quae sibi mandatorum transgressione aditum clausum caelorum. Non omnis inquit christus qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum caelorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est: ipse intrabit in regnum caelorum. Demerent stultas uirgines a sponsi ianuis repellendas. dicendumque eis nescio uos: illisque iungendas esse de quibus ipse dominus ait. Multi mihi dicent in illa die domine domine nomen in nomine tuo demonia eiecimus et in tuo nomine uirtutes multas fecimus: et tunc confitebor illis. Amen amen dico uobis: nescio uos. Discite a me omnes qui operamini iniquitatem: tibi uero longe alia uita ingrediendus est quae amore seculi calcato semper cogitando quae dei sunt apostolica te exhibere uis uirginem quam tam spiritu sancta quam corpore domini praesolaris aduentum et animae tuae lapidi sanctorum uigiter operis infundis oleum et sapientibus iuncta uirginibus sponso obtinenda praeparas. Fugienda tibi laeta illa uita est quam multorum ad motum euntius coitatus tenet et ad uitam aeternam angustius illius itineris quod pauci reperiunt calle tenendum est. Deposuisti iam impedimenta uel maxima: et de quicquid a spiritualis uita cursu uel retardat uel reuocat: prima statim conuersione uicisti. Respuisti coniugii uoluptatem posteritatis curam: illecebras deliciarum seculi pompae diuitiarum cupidinem et cum Paulo potes dicere mihi mundus crucifixus est. et ego mundo: cuius tale principium est qualis debet esse perfectio. Hanc igitur tu uirtutem: hunc animum etiam in ceteris affer: eaque uirtutis: qua uiciorum occasiones depulisti: uicia nunc ipsa respice. Ometur morum sanctitate uirginitas: et perfectum gradum uita perfectio iungatur sequatur: certe si saecularis uita tibi placuisset dares operam ne quis tibi diuitis ne quis te corporalibus ornamentis rerum omnium pompa et honore praecederet. Et nunc quoniam diuersum studium diuersa uita desiderat: cura ne quis te in bene uiuendo transcedat: ne quis morum sanctitate superet: ne quis tibi in uirtutibus praeratur: et in illis quae ante diximus non erat tuum ut aut tu omnes uiceris aut nemo te. Quanta enim illa foris petuntur: et quicquid aliunde speratur alienus est. Haec uero in potestate tua sunt et uere propria: quae non extrinsecus uentum sed in ipso corde generantur: Illa enim nec omnis qui quaerit inuenit nec qui inuenit sepe tenet quia ut comodare: ita et eripere ea castus potest: Haec autem et omnis qui quaerit inuenit: et qui inuenit eripi sibi nunquam timet. Ista enim sola bona sunt quae sine uoluntate nec inuenimus aliquando nec perdimus. Habes ergo et hic per quae merito praeparas aliis imo hic magis. Nam corporalis nobilitas atque opulentia tuorum intelligitur esse non tua. Spirituales uero diuitias nullas tibi praeter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda es in his merito ceteris praefenda es quae nisi ex te et in te esse non possunt. An sola ista uita est quam certamen non habeat de profectu: et in qua unusquisque hoc tantum habeat permanere quod coepit: nec ullo augmenti desiderio ad maiora contendat: et cum omnibus studiis mundi profecto non facientur homines: hic tantum coepisse sufficiat. seruissimum in terrenis: frigidissimum in caelestibus sumus: et summam in rebus paruis exhibentes alacritate ad maiora torpescimus. Considerare pudet quantum sit feruor in saeculo qua cura singula quaeque studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur: litterarum ardor nulla profusus aetate extinguatur imo ut singularis auctoris utar:

ſentia ipſe magis xtate iſlamatur. Diuiciarum amor inſatiabilis expleri nequit honorum cupido: celerē habiturx res ſine ſine fine quæruntur. Nos diuinā ſapiēciam celeſtes diuitias imortales hōores pigra quadā diſſimulatione negligimus: et ſpirituales diuitias: aut ne attingimus quidē: at ſi leuiter deguſtauerimus cōtinuo nos ſatiatos eſſe putamus. Aliter nos diuina ſapiētia ad ſuas iuitat epulas Qui edunt me iquit adhuc eſurient: et qui bibunt me adhuc ſitient. Nullus inquit talibus expletur epulis: nec aliquādo patitur d̄ ſatiatate ſaſtidium. Tanto unuſquiſq; capatior tāto auidior erit q̄to ide plus hauſerit. Unde dominus in euāgelio Beati ait qui eſuriant et ſitiant iuſtitia: quoniam ipi ſaturabuntur. Vult. n. eſurire nos hic ſemper hic ſitire iuſtitiam: ut in futuro iuſtitia retributione ſatiemur. Conſideranda uis ipſa uerborum eſt: et ita nobis deſideranda eſt iuſtitia ut in fame et ſiti cibis deſideratur: et potius: et hoc in cōe omnibus dicendum ē his qui imortalia uita promiſſa deſiderant. **I**as tuum ē eſtimare quā tum animum p̄ſtare debeas: q̄ maioris p̄miū deſiderio plus facere propoſuiſti q̄ uel alias facere neceſſe eſt. Apoſtolus diſſiniens Chriſti uirginē lōge eam ſeparauit a nupta et diuerſis ſtudiis uirginitatis meritum conuigūq; diuſit. **I**n nupta inquit et uirgo cogitat quæ deſunt quomō placeat deo ut ſit ſanctia corpore et ſpiritu. **Q**ue autē nupta ē cogitat quæ ſunt mundi quomodo placeat uiro ſuo. **Q**uæ corpore et ſpiritu ſcā ē nec i mēbris nec in mente delinquit. **D**elinquet autē nō in cauſa tantum caſtitatis eſſe poteſt ſed etiā in quacūq; parte iuſtitie. **Q**uamuis enim uirgo corpore uirgo ſit ſpiritu et nihilominus aut manibus aut oculis aut auribus peccet aut lingua: quomodo corpore ſanctia dicenda eſt. **D**einde ſi uel odio infecta: uel inuidia uel auaritia uel iracondia ſit quomodo ſpiritu obtineat ſanctitatem: Et ſi q̄ nupta uocatur amore cōiugii cogitat quomō placeat uiro ſuo quantum liberis relinquat: quæ uariis mundi ſtricta curis rariis ad uoluntates dei reſpicit: tamen de peccatis excuſare ſe nō poteſt quid uirgo faciat quæ ſoluta ab omnibus huius mundi impedimētis ac libera ſcholam quandam ſanctitatis ingreſſa eſt. **S**i uis ergo propoſiti tui magnitudinē æquare moribus et p̄ omnia deo copulari ſi leue ac ſuaue Chriſti iugus ſuauius tibi leuiusq; uis facere nunc maxime i beata uita curā impende: nunc ſtude ut calentē recentis cōuerſionis ſidē nouus ſēper ardor accēdat et in tenera adhuc xtate facilis ſanctæ cōuerſationis uſus ioleſcat. **Q**uicquid ite primum inſtitueris hoc manebit: et ad inſitiorum tuorum regulas reliqua uita decurret: **F**inis in ipſo exordio cogitandus eſt qualis ad illum ultimum diem peruenire cupis talis ias nunc eſſe cōare: **C**onſue udo eſt quæ aut uita aut uirtutes alit. **Q**uæq; his plurimus ualet. **C**us quibus abineunte xtate ſimul creuerit: **O**ptimi ſunt ad inſtitutionem morum primi ari. **D**abent enim in ſe lētum quoddam et molle: et quod facile formari queat atq; ad arbitriū uolentis trahi: et in cunctis naturæ rebus citius aſſueſcitur omne quod teneris eſt: **N**ouellas adhuc et uix firmæ radicis arbuſculas dux ad dñē ductum ſequaces ſunt in quālibet parte flecti facile eſt quæ naturæ plerunq; curuante cito ad arbitriū colētis corriguntur. **T**enera et adhuc p̄mæ xtatis animalia ſine labore domari ſolent quantoq; citius a uagandi libertate diueta ſunt: tanto facilius uel colla iugo uel frenis ora inſueſcunt. **I**pſa quoq; literarus ſtudia tēris melius inſeruntur ingēis. idq; penitus inharere ſolet ſe ſibus quod prius ſederit in mente. **H**oc idē plurimum ē i bēe uiuēdi rōe ualet. **D**ux adhuc mobilis eſt xtas et auius duci facilis exercēda bōi cōſuetudo: et iugū meditaſiōe firmanda ē. **O**ccupandus ē optimis rebus ingenius:

et ſanctæ cōuerſationis uſus altius iſerendus ē. **T**unc uero ad p̄fectiōis ſtigiū aniuſ aſcēdit et lōgæ cōſuetudis bēficiū utitur ad bene uiuēdi facultates: et uirtutes ſuas ipſe ē miratus ſecus quodāmodo in ſe putabit eſſe narium quod diſcit. **R**eſpice obſecro quantum a te ſanctitatis auiā materq; expectāt quæ cuncte quaſi nouum et illuſtre lumen generi ſuo natum eſſe putant nunc in te ſolam omnem curā animi tranſulerunt: et propoſiti tui curſus miris ſtudiis ac ſanore ſuccedunt: **L**uſq; ipſe te ad honeſtatē morum ab ieunte xtate formauerit nunc a te uinci cupiunt tanq̄ uictoriam tuā ſuas laudē eſſe putant: **Q**uorum egregia erga dñs fides in profeſſione tua maxime claruit cum iam te nuptus præparatā ſimulatq; aliud uelle didicerant mira cōtinuo aſſenſus celeritate ad id quod elegeras cohortata ſunt et trepidam pro xtate ſententiā uoluntatis ſux auctoritate firmauerunt: nūmq; uotum cōmune fecerunt: quæ cum multos ſuorum i altimo dignitatis gradu uiderint de nullo ita ut de te aliquādo abx laxata ſunt. **N**ihil eī ita magnum nihil tam præclarum i quoq; uiderant. **S**ola quippe præſtitiſti generi tuo quod longa retro xtate nō habuit. **L**icet ediderint uirilis ſexus mēorabiles cōſulatus et ampliffimi ordinis ſaſtus illuſtris ſailæ nomia frequens adierit nihil unquam tamē in genere ueſtro hoc tuo honore ſuit præſtantius qui nō corporali alio ſed in libro memoriæ immortalitatis inſertus: **E**um exceperint illi theatrales toto orbe plauſus: miraq; ac clamandi conſpiratione inſignia cōſulum merita lætus uulgus expreſit longe tamen tui honoris maior eſt gloria: quæ gaudium in celo facit ægelisq; læticias: **P**er te enim non meretriculæ locupletantur ſed aluntur uirgines Chriſti: non uenator et auriga ditatur ſed ſuſtētantur pauperes Chriſti: **A**d conſulatum eorum diuerſæ totius orbis prouintia: ad quas domus ueſtræ potentia extenditur peregrias ſeras et ignota animalia trāsmittē: quæ crudelis barenæ ſolum uel ſuo uel hominis ſanguine cruentarent: **A**d te uero electæ quæq; uirgines mittuntur: quas tu præcioſiſſimus munus offeras deo uoq; exēplo ad p̄petuam prouocæ caſtitates: nō tibi ſed deo tecus ſeruituras. **H**æc tua profeſſionis gloria ore celebri uulgata eſt p̄ cunctos: et ita ad conuerſationes tuas totus exultant orbis ut quod pro ingenti gaudio uix adhuc homines credere poterāt. id ſemper uideantur optaſſe multum his inſitiis: multus ſamæ tuæ odore ſuſpenſi omnes mirus de te neſcio quid audire deſiderant: et qui profeſſionis tuæ cognouere uirtutes: nunc cōuerſationis expectant: **I**n te nunc puta cinctorus ora oculosq; conuerſos et ad ſpectaculum uita tuæ totum conſediſſe mundum caue ne per te tantorus animi offēdantur ne minus in te inuēiant quas requirant. **D**eus quid ego tecus de hominibus ago eorumq; de te expectationem ad exhortationē tuam traho: **D**eus ipſe omnium rector ac dominus cum omni angelorus militia certamē tuum expectat tibiq; contra diabolus dimicāti parat æternitatis coronā: et celeſte præmiū incitāmē tum uictoria facit: **H**uic tanto ſpectaculo uide quē animum quas debes offerre uirtutē: et certaminis magnitudinem de expectātiis dignitate metū. **H**æc itaq; tibi in hoc agone ſubeundo præcipua cura ſit. **S**it hic primus accitus interuictonis bellus uirtute deuincere et aduerſus diaboli caſtra in omnia præcepta dei ſeruare nec tantumō declinare uetita: ſed inſta cōplere: **N**eq; enim tibi ſufficit a malis ocioſas eſſe ſi ocioſa fueris a bonis: **C**us lex dei duplici mandatorum genere diſtincta ſit: et mala prohibēs bona impat: atq; ab utraq; parte cōtēptus ſuum uetat. **N**ō eni tātus ille ſeruus cōtēpſit dñm qui prohibita fecerit: ſed qui inſta nō fecerit: **D**icta a nobis pauloante ſententiā eſt. **O**mnis arbor q̄ non

facit fructus bonus excidetur et in igne mittitur: et blā dimur nobis si a malis fructibus nō grauemur qui dā nandi sumus si a bonis steriles māserimus. **Iuxta** hāc intelligentiam absidet pater omnem palmitem fructus non ferentem in silio: et qui acceptus talentum in sudario abscondit quasi inutilis seruus et nequā damnatur a domino: nec minuisse solus sed non auxisse culpabile est. nō ideo aliqua putes cōtēnenda esse q̄ leuioia sunt tam enis maxima illa q̄ minima a deo imperata sunt et contemptus cuiuscunq̄s p̄cepti p̄cipiens iniuria est. **Vnde** beatus Paulus clamat et docet: **Omnia** facite sine murmuratione et h̄sitatione ut sitis irreprensibiles et simplices sicut filii dei immaculati in medio nationis praua et peruersa: inter quos lucetis luminaria in hoc mundo. **Rememoretur** h̄c uirgo paulisper et p̄ciosissimas margaritas quibus exornāda est sp̄sa xpi per singula apostoli uerba pensemus. **Omnia** inquit facite Non enim quasi ad arbitrium nostras quaxdas ex mandatis dei debemus eligere: sed generaliter uniuersa cōplere. nec aliqua p̄cepta eius quasi uilia minuscula ac parua contemere sed imperantis i omnibus maiestates aspiscere. **Nullus** quippe mandatus dei cōtempnibile nobis uideri potest: si eius semper cogitemus auctores **Sine** murmuratione et h̄sitatione uiles et ignobiles dominos palam contemni uidemus a seruulis: eisq̄ ad minima p̄cepta quaxq̄ in facie resistimus et hoc in personas nobiles ias non admittitur quantoq̄s potentiores domini tāto serui ad obediētiam proniores sunt. **Quoq̄s** saepe difficiliora p̄cipiunt: libentius audiuntur. **Serte** ad regis imperium ita omnes parati sunt et in procinctu obediētiam constituti ut etiā optēt iuberi: non solus bene merituos esse se credunt si iussa fecerint sed tanquax iam meruisset qd iussi sunt ita pro dignitate p̄cipiens seruitiū beneficii loco ducitur. **Nobis** uero deus ipse xterna illa maiestas. ineffabilis atq̄ inextimabilis potestas sacras litteras: et uere adornandos nos p̄ceptoris suorum apices mittit: et non statim eius gaudio ac ueneratione suscipimus nec pro summo ducimus beneficiū tāta ac tas illustri potestatis imperium maxime cum non subentis quaxritur comodius sed utilitas obsequentis. **Verum** ecōtrario fastidioso ac remisso animo superbiorum ac nequax more seruorum in os domini reclamamus et dicimus **Durum** est: arduum est: nō possumus: sumus homines fragili carne circumdamur. **o** cecax infantias: o prophana temeritatē: **Duplici** ignorātia accusamus dominus scientiam ut uideatur nescire quid fecit nescire quid iussit quasi oblitus fragilitatis humanax cuius auctor ipse est: imposuerit homini mādata q̄ ferē nō possit. **Simulq̄s** prob nefas ascribimus iniquitatē iusto: pio crudelitatem dum eum primo impossibile aliquid p̄cepisse conq̄rimur. **Deinde** pro his dānandū ab eo putamus hominē: q̄ uitare nō potuit: ut quod suspicari sacrilegius est uideatur deus nō tam salutē nostrā quaxsisse quam poenam. itaq̄ apostolus sciēs a domino iustitiam ac maiestatis nihil impossibile esse p̄ceptum aufert a nobis uicium murmurādi quod tunc utiq̄s nasci solet: eius at iniqua sunt q̄ subentur aut subentis minus digna persona est. **Quid** tergiversamur incassum et p̄cipiens naturax opponimus fragilitatē? **Nemo** magis mēsurā nouit uirium n̄rarum q̄ qui ipsas nobis dedit uiros: nec quisq̄ melius quātum possumus itelligit: q̄ qui ipsas nobis uirtutē posse donauit. **Nec** impossibile aliquid uoluit ipare qui iustus est: nec dānaturus ē hominem pro eo qd uitā nō potuit qui pius est. **Sequitur** ut sitis irreprensibiles et simplices. **Ad** omnē morum p̄fectionē unum hoc sufficere uerbum pot̄ qd ēt in ep̄sico po deus eligendo quaxrit iuber. q̄ eni circumspēcta uī

ta est: q̄ sancta est q̄ nihil reprehensionis incurrit: **Quis** at sāctor pot̄ esse q̄ qui uerā simplicitatis uirtutē tenēs nunq̄ aliā cord̄ promittit aliā oī uultuq̄ mētū sic sicut diu immaculati. **Itē** n. est exhortatio uehētior ea qua nos scriptura diuina dei filios uocat. **Quis** n. non erubescat et metuat tāto p̄te agere aliquid indignus ut qui dicitur dei filius ipse efficiatur uicī seruus. **Et** iccirco adiungit ut sitis immaculati. **Itē** n. **Uenit** in filiis dī qui sono ipse iustitia est: peccati maculā reperiri. i medio nationis praua et peruersa. **Hoc** est dicere quōis in finita uos cingat peccantium multitudo: et innumera sint exempla uiciorum: uos tamē ita celestis natiuitatis memores esse debetis ut inter malos uiuētēs oī malum uincatis. **Inter** quos lucetis ait sic luminaria i hoc mundo. **Et** rursus in euāgelio legimus **Tunc** iusti fulgebunt sic sol in regno patris eorum: **Comparatur** uita p̄mō ut qui in futuro solis fulgore donādi sunt: hic ias simili iustitiam claritate respicere debent et infidelium excitates operibus sanctitatis illuminēt **Hinc** loco ille se sus aptandus est quē ad Corinthios idē apostolus dīserens ait **Alia** claritas solis: alia claritas lunax: alia claritas stellarum. **Stella** at a stella differt in claritate sic et resurrectio mortuorum **Disparēs** sunt in regno celorum pro singulorum merito māsiones. **Diuersitas** n. operum diuersitatē facit p̄miorum. **Quātumq̄s** aliquis in sanctitate hic fulserit: tantum ibi fulgebit in honore **Nunc** ergo ad omnē morum p̄fectionē aciem mentis intende: et ad celeste p̄miorum: celestem uitam para. **Resplendeat** omnibus claritate clarissimi sideris in modum sanctitatis uirginis et futuri p̄miorum magnitudinē d nouitate cōuersationis ostendat. **Tibi** facilius in bonis cursus est quā malorum consuetudo non retinet. **Nec** timeamus ne te a uirtutibus uicia retrahāt: et maligna diaboli semina christi frugē necent. **Nas** si ēt illi qui lo go peccandi usū bonum quodā mō obruere naturax instaurari p̄ penitentias possunt: et mutata uoluntate uicendi cōsuetudinē cōsuetudinē extinguere: optimi qui q̄s de pessimis fieri: q̄to magis tu potes illa superare a quibus non superats es: cui nō tam expellenda sunt uicia: q̄ repellenda. **Quax** utiq̄s nō suscipere facilius ē q̄ suscepta semel deponere. **Nec** uero eorum tanta dulcedo est ut ea debeamus p̄ferre uirtutibus: **Quā** nec i omnibus sit delectationis illecebra: et a plerisq̄s ēt q̄ uide tur dulcissima respuātur. **Quo** nanq̄s sunt ex omnibus uicia q̄ maxie homines decipiunt sui uoluptate **Gula** scilicet et libido: q̄ deponere eo difficilius est quo eis uti dulcius. **Et** tamē eis h̄c uicia molesta tāq̄ delectatione sui pericula ita a multis calcari uidimus ut tota atate uirgines p̄manserint in summa abstinentia: **Ut** de illis taceam qui post delictarum longum luxum et iueteratum usum licidinis castitati ac tēperantia se dederit et utrumq̄s uicium cōtraria sibi uirtute imitauerint. **Ali** orum uero uiciorum est longe diuersa ratio q̄ cum nihil habeant iocunditatis tamē multum amaritudis habent: q̄q̄s cum ad uitandum multo sunt faciliora raro a quibus uitentur iuenies. **Quid** oro te uuido delectatiōis p̄stet inuidia: quē secretis quibusdam cōscientiā unguis liuor ipse discepit: et alienam felicitatē tormētum eius facit? **Quid** uero alter ab odio mercedis accepit: nisi horribiles animax tenebras: et confusa mētis horrorem: qui uultu semper animoq̄s merente uoto quo alteri uult nocere se ipsum cruciat: **Quid** at ira cūdo furor suus confert: quē sauisimū exagitatū stimulis cōscientiā: ita ab omni cōsilio ac mente deturbat ut dum irascitur insanire cōdatur: **Similē** curre per singula: et i uenies tot animax tormenta quot uicia: q̄ utiq̄s eo facilius uinci possunt: quo nulla alluciant nos uoluptate q̄ illd difficilius: quātō durius ut de castitatis labore

faceam: abstinete a uino carnibusq; ipso et oleo et uillem sine his cibum pot biduus interdus triduusq; uix capere: fracta ieiunio uigiliisq; membra fometa balnei continere necessarias res negare corpori: et uim quandam inferre naturae. **N**a tantum in ceteris magnitudinem animi et uide quid non possis efficere: Sed nos prob pudor quadam delectatione peccandi cum in quibusdam ostendimus quaedam uim naturae nostrae in aliis non torpescimus: et qui uoluptates corporis uirtutis amoris contempnimus rursus amore uiciorum tormenta suscipimus: atq; ita malis natis cedimus ut ea nec putemus posse deponi. **Q**uod hoc quaxo consilium. quana hanc noua uiuendi ratio est? res difficiles et laboris plenae secutus aggreditor: et faciliora non posse fieri credo. **N**ico maxima uincendus a paruus. **E**xcella et ardua indefessus exupero: et cum uenitur ad plana deficio: libenter fugio quod delectat: et nolo uita quae cruciat. uerus hanc eorum sunt: qui dei uoluntate contempta id solum expetunt quod laudem facilius uenit: quod cito exit in famam. **C**orua uero bona quae secretiora sunt negligunt. Tu uero quae calcasti mundum et concupiscentias eius: ut calcato eo gradum tibi quaedam ascendendi ad caelum faceres mundi gloria non requiras. **I**lli tantum placere stude: cui sepe displicet quod hominibus placet: et qui ipsa hominum iudicia iudicaturus est: Abstinentia tua atq; ieiunium eo magis deo grata sunt quo cum moribus sanctis offeruntur ut quae in aliis sunt umbracula uiciorum in te sint ornamenta uirtutum. **R**espice obsecro ad ipsam qua apud deum illustrata es dignitate quae in dei filia per baptismum renata es. **R**ursusq; per uirginitatis consecrationem sponsa christi esse coepisti. **E**x utroq; hic honor tuus te ad sollicitudinem tui propositi admoneat. **N**on nullus tibi esse debet negligens locus: ubi tam preciosa seruanda sunt. **P**reciosior quae uestis timidius custoditur a macula: **C**ulto quaesita auro gemma maiori sollicitudine possidetur: et generalis grandi cura magna quaeritur seruatur. **U**nde et tu si te ipas bene custodire cupis debes honorere tuas preciumq; sepe cogitare. **T**anto enim se unusquisq; negligens utitur: quanto se existimat uiliores. **N**on ob aliam causam magis nobis in scripturis diuinis tam frequenter filiorum dei nomen imponitur: ut illa de per prophetam **E**t ego ero uobis in patrem: et uos eritis mihi in filios: et filias: dicit dominus omnipotens. **A**postolus dicit **E**stote ergo imitatores dei sicut filii carissimi. **B**eatus **J**oannes inquit. **L**arissimi nunc filii dei sumus: et nondum apparuit quid erimus. **S**cimus quoniam cum apparuerit: similes ei erimus. quoniam uidebimus eum sicut auti est: ut qui habet hanc spem in eo sanctificet se sicut et ille sanctus est. **U**ult nobis doctrinae celestis dignitates quaedam sumus ingerere frequenter et honore nostrum peccandi pudore facere. **U**nde et ipse dominus ad perfectam benignitatem nos uocans ait **D**iligite inimicos uestros. **B**enefacite his qui oderunt uos: et orate pro persecutoribus et calumniatoribus uos: ut sitis filii patris uestri qui in caelis est. **N**on est enim quod sic homines deo amabiles faciat pietas metis et bonitas: quae tanta in christiano esse debet ut et in bonis abundet: deique imitetur beniuolentiam: qui solem suum oriri facit super bonos et malos: **E**t pluit super iustos et iniustos: hoc itaque in primis absit ut nemine uel in uerbo saltem noceas ut in omnibus quibuscunq; poteris prodesse studeas: et ne uicem quidem mali reddens pro malis bona. **A**postolo dicente restituas nunquam detractio ex ore uirginis procedat: **U**ilium satis hominum est: et sua laudem quarentium alios uiles facere quia alterius uituperatione se laudari putant: et qui suo merito placere non possunt: placere uolunt in comparatione peiorum: **P**arum diximus non solum ipsa non detractio: sed ne detrahenti aliqui edas: **P**essimimum hoc est uil-

cium quod alterum uilem facit uideri. **N**on minus auribus quam lingua fugias detractionem. **S**criptura memor esio quod dicit **N**on eris consentaneus cum derogantibus aduersus proximum tuum: et non accipias super illo peccatum: et alibi **S**epi aures tuas spiritibus: **E**t noli audire linguam nequam. **A**ccusator est enim auditor qui facit detractores: qui si auertat aures: uultum contrahat oculos abinueniendo contineat. **D**ale loquentem et tacens arguit: ut discat non libenter dicere: quod didicit non libenter audire. **S**ollicitam ori tuo custodiam pone. **N**on est enim quicquam in nobis quo facilius peccare possimus quam lingua: **U**nde sanctus **J**acobus illum asserit perfectus esse qui non offendit in uerbo et scriptura dicit mors et uita in manibus linguae mentiri atque maledicere aut iurare lingua tua nesciat: quia et os quod mentitur occidit animam: et qui maledicunt regnum dei non possident: iuxta apostolum et iurare christus ipse prohibuit: qui dixit **E**go autem dico uobis non iurare omnino et rursus sum. **S**it autem sermo uester est et non non. **Q**uod autem amplius est a malo est. **A**postolus breuiter oris uicia resecans ait **O**mnis sermo malus ex ore uestro non procedat: si quis bonus ad edificationem fidei: ut det gratiam audientibus. **S**it autem sermo uirginis prudens modestus et rarus: nec tam eloquentia preciosus quam pudore. **O**rientur omnes tuam te tacente uerecundiam loquentem prudentiam mitte ac placidum semper alloquium tuum ornent mixta cum grauitate suauitas: cum pudore sapientia: sit certa atque librata suique opportunitate gratissima silentii uerbisque ratio. **N**ec unquam omnino uirginis os loquatur quod tacuisse melius sit. **U**m ingenti cautione debet loqui: cui non solum malus sed et ociosus sermo uitandus est. **S**umma tibi scientia sit: summaque notitia: uicia uirtutesque distinguere: quae quaeque sibi semper contraria sint: aliqua tamen ex eis iunguntur similitudine ut discerni uix possit. quae multi enim superbia libertatis loco ducunt: adulationem pro humilitate suscipiunt: malitiam prudentiam amplectuntur uice et stultitiam simplicitatis nomen imponunt: atque fallaci ac pessima decepti similitudine uicium pro uirtutibus gloriantur. **E**t quaeque hanc omnia subtilissima intelligenda debeas separare: cunctasque uirtutes animi suis lineis inseguendo nusquam prorsus abscedere precipue tamen fictam humilitatem fugiens illam sectare quae uera est: quam christus docuit humilitatem in qua non sit superbia inclusa. **C**ulti enim huius uirtutis umbram ueritatem eius pauci sequuntur. **P**facile est enim aliquem uestre habere contemptam salutem: summissius: manus et genua deo seculari inclinat in terram capite oculisque deiectione humilitate ac mansuetudine polliceri leta uocem tenuis sermone isfriget: suspirat crebrius et ad omnem uerbum peiores ac miserus se clamat: et si uel leui sermone offensus sit. continuo attollere supercilium: leuare ceruicem et delicatum illis oris sonum infano repente clamore mutare: **A**liam nos humilitatem christus docuit: qui nos ad exemplum suum hortatur et dicit **D**iscite a me quia mitis sum et humilis corde: qui cum malediceretur non maledicebat: cuius pateretur non comminabatur. **Q**uam nobis humilitatem beatus **P**etrus insinuat: **M**iseri cordes inquit et humiles non reddentes malum pro malo: nec maledictum pro maledicto: **A**uferantur omnia signemata uerborum cesset simulati gestus et ante occasionem sermo placidus: **D**irum humiles paciencia ostendit iniuria: **N**ullus ergo unquam in mente tua sit uicium locus: nihil in te superbum: nihil arrogans nihil denique fastidiosus. **A**pod deum non est quicquam humilitate sublimius ipse loquitur per prophetas **S**uper quem alium requiescat: nisi super humilem et quietum et tremetis sermones meos? **N**unquam in iras exardescat animus quod est seminarius odii: **T**antus mentem tuam repleat dei timor: ut indignari omnium non audeas et iram metu uincas: **B**eatus apostolus

mundas animam nostram eam quam in hitaculum dei spara-  
rans clamat et dicit Omnis amaritudo et ira et indigna-  
tio: et clamor et blasphemia auferatur a uobis cum om-  
ni malitia. Adulatores ut inimicos caue quorum ser-  
mones super oleum molles et ipsi sunt iacula. Lorum  
punctis fictis laudibus leues animas: et male cedulis me-  
tibus blandum uulnus insigunt. Creuit hoc in nostra a-  
tate uicium et in ultimo fine fiet: Nec iam augeri  
potest. In hanc omnes scholas studiumque didicimus  
ut officium putemus illudere quodque ipsi libenter ab  
aliis accipimus id alteri quasi quoddam munus offeri-  
mus: et ipse recipiendae laudis eos quibus laudari uo-  
lumus ante laudamus. Saepe adulantium uerbis resisti-  
mus ad faciem: et in secreto mentis fauimus: maximus  
que fructum cepisse nos ducimus: si uel fictis laudibus  
predicamur: nec cogitamus quid ipsi sumus: sed quid  
alteris esse uideamur. Unde eo perducta res est ut ne-  
glecta ueritate meriti de sola opinione curemus: qui te-  
stimonium uitae nostrae non a conscientia sed a fama pe-  
timus. Beata mens est quae perfecte hoc uicium uicit  
et nec adulari aliqui nec adulari credit: quae nec decipit  
alterum nec ipsa decipitur. tantumque malum nec facit  
aliquando nec patitur. Nihil unquam in te fictum sit:  
nihil omnino fucatum. Conscientias tuas quae semper  
deo patet in multitudinem uersari puta: nunquam aliud  
corde teas: aliud ore protendas. Quicquid pudet dice-  
re pudeat et cogitare. Illud uero notum omnibus atque  
diuulgatum est quod utilis quodque huic proposito necessaria est  
ieiuniorum et abstinentiae uirtus maxime in his animis: quibus  
maior actus corporis inest. Non manducare itaque  
carnem neque bibere uinum: apostolica uoce laudatus est:  
Quicquid illud est quod inflamare corpus potest: quod  
fomentum suggerit uoluptati: castitatis amore fugien-  
dum est: Nec tamen ita magno huius rei labore graua-  
ri te uolumus ut sub ipso statim onere succumbas: per  
quod multi dum nimio seruire mentis ratione uirium  
suarum non habent subito considerunt: et pene ante debili-  
tatem quam sanctitatem de proposito suo consecuti sunt.  
Optimus in omni re modus et laudabilis ubique men-  
sura: corpus non frangendum sed regendum est: Sint er-  
go moderata et seca et simplicia in omni mentis humilitate  
te ieiunia: quae ita attenuant corpus ne animam eleuant: ne  
res humilitatis signat superbia: et uicia de uirtute na-  
scantur: Ego inquit cum mihi molesti essent: induerbar  
alicio et humiliabam in ieiunio animam meam: Vestis abie-  
ctio: ubi utilitas: ieiunium lassitudo extinguere debent non  
nutrire superbia. Quis rem medicinae uulnus faciat: et  
et inde sana laedat quaeque unde iam laesa curanda sunt  
aut quae supererit spes salutis si ipsa anima remedia sit  
uenena? Laborum ieiunium tui misericordiae opera comen-  
dent: et abstinentia tua pauperum refectione sit gratior.  
Deus loquitur per prophetam Misericordias uolo et  
non sacrificia. In euangelio christi uerba legimus Be-  
ati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequen-  
tur. Sed hanc quaeris curam uice tua anima materque susci-  
pant. Illae pro te has partes agant. Illae thesaurus tuus  
in caelum leuent. Illarum sit esurientes alere cibo: uesitum  
nudos: uisitare infirmos: peregrinos tecto suscipere: et  
aeterni spe premii christo pauperibus et ierari qui dixit  
Quodcumque fecistis uni ex his fratribus meis minimis  
mibi fecistis. Tibi uero maxime dum in proposito ma-  
ture scaturit ab omnibus occupationibus recedendum  
est: et omne studium omnique cura in ordinandis mori-  
bus exhibenda. Quibus ita uacare debes et totam occu-  
pare mentem: ut nec te diuitem sentias esse nec dominam  
Nobilitatis ad hoc tantum memineris ut cum claritate  
te generis morum sanctitate contendas: et eius nobilitate  
te corporis animi uirtute nobiliter proficias: magisque

illa nobilitate glorieris: quae filios dei et coheredes christi  
sibi facit: ad quam si semper aspicias dum credis gaudium  
te habere quod minus est: desinis de eo quod minus est glo-  
riari. Omnis illa perclaris generis dignitas et illustre anicilli sa-  
guinis decus ad animam transferantur. Ille clarus: ille  
sublimis: ille sit nobilis: ille tunc integram nobilitates  
tuam seruare se putet: si dedignetur seruire uiciis: ab e-  
isque non superari. A quo. n. quis superatur huius et ser-  
uus est. Quid. n. hac animae seruitute indignus? quid ue tur-  
pius: quam cum in eo aut dominatur odium: aut regnat  
inuidia: quam cum eum aut auaritia possidet: aut captum  
ira tenet: uel certe caetera sibi uicia uendicant. Non est  
quod sibi aliquis de nobilitate generis blandiatur: Si  
ex meliore parte sit famulus. Multo indignius est men-  
te seruire quam corpore. Superfluum arbitror te mone-  
re quam parca in procedendo debeas esse: quam rara cum te  
et hoc secularis ab infantia honestas docuerit: et facile  
intelligat id tibi multo magis in hac uita esse seruandum  
quam maxime secretum decet. Illud admonero ut ipsis  
quoque salutationibus quae tibi in cubiculo tuo exhibentur  
sunt certissimum momentum ponas. Non sint nimis neque  
quodidianae ne non tam officium quam inquietudinem pra-  
stare uideantur. Et quamquam uita tua omne tempus diu-  
no debeas operi consecrare. et nullam prorsus horam a  
spirituali profectu uacuum esse conueniat: cumque tibi in  
lege domini die ac nocte meditandum sit: debet tamen ali-  
quis determinatus et constitutus horarum numerus  
esse quo plenius deo uaces: et qui te ad summam ani-  
mi intentiones uelut quadam lege contineat. Optimus  
ergo est huic operi matutinus deputari tempus idem meliorem  
diei partem: et usque ad horam tertiam animam quoti-  
die in caelesti agone certantem hoc uelut spiritualis quo-  
dam palaestrae exercitii gymnasium: his tu per singulos  
dies horis in secretiore domus parte clauso cubiculo  
tuo adhibe tibi et in urbe solitudine: et remota paulisper  
ab hominibus propius deo iunge: aspectuque tuorum  
reddita leonis fructum orationisque ostendat. Nihil. n. in hoc  
secreto magis ageat debet quam animae diuina eloquio pasceat.  
Et quantum ei per totam sufficere possit diem: hoc eam  
uelut cibo pinguior et faciat: Ita scripturas sanctas le-  
ge: ut semper memineris dei illa uerba esse: qui leges  
suas non solum sciri: sed etiam impleri iubet. Nihil enim  
prodest facienda didicisse et non facere: Optime ueteris  
lectione diuina si eam tibi adhibeas speculi uice ut ibi  
uelut ad imaginem suam anima respiciat: et uel fixa quae  
corrigat uel pulchra plus ornet. Lectione frequenter in-  
terumpat oratio: animam iugiter adhaerentem deo grata  
uicissitudo sancti operis accedat: Nunc igitur te ordo  
struat caelestis historiae nunc factum dauid oleascat carum  
cum nunc salomonis erudiat sapientia: nunc ad timores  
domini increpationes incitet prophetarum nunc euange-  
lica et apostolica praefectio te christo in omni sanctitate  
coniungat. Quae paradigma sunt memoriarum penitus infere:  
eaeque meditatione conserua: Quae maturanda sunt frequen-  
ter reuolue ut diuini hoc studium et caelestis schola et  
mores uirginis simul ornent et sensus: tradantque tibi cum  
sapientia sanctitatem. Unde et scriptura dicit Qui quaerunt  
deum inueniunt sapientiam cum iusticia. Sit autem ipsa lec-  
tio tempore cui finem consilium non lassitudo imponat:  
Nas ut imoderata ieiunia et ardor abstinentiae et enor-  
mes inordinataque uigiliae intemperantiae coarguuntur:  
recumbit. Facile rumpit hac uincula amor christi: et timor gehennæ. At contra scriptura precipit parentibus obsequendum: sed quicunq; eos sup christum amat pdit animam suam. Gladium tenet hostis ut me perimat: et ego de matris lachrymis cogitabo. Propter patrem militiam deferas cui sepulturam christi causa non debeo quã et omnibus eius ca debeo. Domino passuro timi de consulens petrus scandalus fuit. Paulus retinens se fratribus ne hierosolymã pgeret respondit Quid facitis plorantes et conturbantes cor meum. Ego. n. non so lum ligari sed et mori in hierusalem: paratus sum pro nomine iesu christi. Aries iste pietatis quo fides quatitur euageliu retundendus est mucrone: Mater mea et fratres mei hi sunt qui faciunt uoluntatem patris mei qui in calis est. Si credunt i christo saueant mihi pro eius nomine pugnatiuro. Si non credunt mortui sepeliant mortuos suos sed hoc ais i martyrio Erras si erras si unq; putas christianum psecutione non pati: et tunc maxie oppugnaris si te oppugnari nescis. Aduersarius nolter taq; leo rugiens aliquē deurare qrens circuit: et tu pacē putas. Sedet in insidiis cum diuinis i occultis ut interficiat innocente. Oculi eius in pauperē respiciunt insidiatur in occultis ut leo in cubili suo et insidiatur ut rapiat pauperes: et tu frōdosa arboris tectus umbraculo molles somnos futurus pda carpis. Inde me persequitur luxuria: inde auaritia conatur irrumpe inde uenter meus uult mihi deus esse pro christo. Lō pellit libido ut habitante in me spm sanctu fuges: ut tēplum eius uiolem. Persequitur inq; me hostis cui nomina mille: mille nocendi artes: et ego infelix uictor ex me putabo esse dum capior. Nolo ego te frater carissimē examinato pondere delictorū miora idolatria arbitris crimina esse quæ diximus. Immo apostoli dicte sniam qui ait Hoc. n. scitote intelligentes quia omnis fornicator at imundus aut auarus at fraudator qd est idolorum seruitus nō hēt hereditatem in regno christi et dei. Et quãq; aduersus dominum generalit sapiat quicquid diaboli ē: et qd diaboli ē idolatria sit: cui idola oī emancipantur. Tamen i alto loco spectatis noiatiq; determinat dicens Porficate mēbra uia q sunt sup terras deponentes fornicationē et imunditias et libidinem et concupiscentiã malam et cupiditatē et auaritiã q sunt idolorum seruitus: propter quæ uenit ira dei in filios dissidentis. Nō est tñ in eo seruitus idoli si quis duobus digitulis tura comprehensa in bustum aræ iaciatur aut haustum pateræ poculo sudat merum. Neget auaritiã esse idolatriam qui pōt. xxx. argenteis dominum uenditum appellare iustitias. Neget sacrilegium eē qui in libidine sedet: qui mēbra christi et hostiam uitam placentem deo cuz publicarus libidinum uictimis nefaria colluione uiolauit: non fateatur fraudē idolatriã esse qui similes eorum qui in actibus aplōrū ex patrimonio suo partem p̄ci seruantes p̄senti perire uindicta An maduerit. frater nō tibi licet quicq; de tuis habeis rebus Ominis inquit dominus qui nō renuntiauerit oib; q possidet nō pōt meus eē discipulus. Cur timido aio christianus es. Respice cum petro relictum rete: respic surgentem de teloneo publicanum statim apostolum filiū hominis nō habet ubi caput reclinet: et tu amplas porticus et ingentia tectorum spatia metiris: hereditatem expectas seculi cohæres christi. Interpretat uocabitur lum monachi hoc ē nomē tui Quid facis in turba qui solus est. Et ego hac nō integris rate uel mercibus: nec quasi ignarus fluctuus doctus nauta pmoneo: is quasi nuper naufragio eiectus in litus timida nauigatoris uocat: ubi ore uirgineo ad pudicitia ppetrandam naufragia scyllæum renidens libido blanditur. Dic barbarū

litus: hic diabolus pirata cum sociis portat uincula capiendis. Nolite credere nolite esse securi: licet in morē stagni sursū xquor ardeat: licet uix summa iacentis elementi spiritu terga crispentur: magnus hic campus mortis habet intus inclusos: intus ē periculus: intus est hostis. Abducite rudentes uela suspēdite: crux antennæ sigatur in frontibus. Tranquillitas ista tempestas est: si forsità dicitur es. Quid ergo? Quicunq; in ciuitate sunt christiani nō sunt. Nō est tibi eadē causa q̄ ceteris dominum ausculta dicentē Si uis perfectus esse: uad et uende oia tua et da pauperibus: et ueni: sequere me. Tu autē perfectum te esse pollicitus es. Nā cum derelicta domo militiam te castrales propter regna caelorum quid aliud q̄ pfectam sectatus es uitam. Perfectus at seruus christi nihil pter christum hēt. at si pter christum habet perfectus nō est: et si perfectus nō ē cum se fore perfectum deo pollicitus sit deo ante mētibus est. Os autem qd mētibus occidit aias. Tgitur ut cōcludā. Si perfectus es cur bona paterna desideras: si perfectus non es deum fessellisti. Diuinis euageliū uocibus consonat Non potestis duobus dominis seruire. Non. n. potestis deo seruire et mammonæ: et audet quis christum mēdarem facere māmmonæ et domino seruiendo. Dicitur ratur ille sape Si quis uult post me uenire: abneget se metipsum sibi: et tollat crucem suam: et sequatur me. et ego onustus auro arbitror me christus sequi. Qui dicit se in christum credere debet quō ille ambulauit et ipse se ambulare. quod si nihil habes ut te respōsurum faceris tam bene paratus ad bella nō militas: nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere cum in sua dominus signa non fecerit: cur id cum auctoritate summa defedis sume rationē. Nemo propheta in sua patria honorem habet. Non quæro iniques honore sufficē mibi confidentia mea: neq; dominus quærebat. Qui cum a turbis rex constitueretur aufugit: sed ubi honor non est ibi cōtēptus: ubi at cōtēptus ubi frequēter iūria. Vbi uero iūria: ubi indignatio. Vbi indignatio ubi et quies nulla. Vbi quies nulla: ubi mens a proposito sape de ducitur. Vbi at alicui per inquietudine aliquid aufertur e studio minus sit ab eo qd tollitur: et ubi minus est pfectum non pōt dici. Ex hac supputatione illa summa nascitur: monachum in sua patria pfectum esse nō pōt se. Perfectum at esse nolle delinquere est: sed de hoc gradu pulsus prouocaberis ad clericos. An de his ali quid audeam dicere: qui certe in suis urbibus cōmorantur. Absit at ut quicq; de his sinistrus loquar: qui apostolico gradu succedentes christi corpus iacro ore cōficiunt: per quos et nos christiani sumus: qui clauas regni caelorum habentes quodamō an iudicii diem indicant: qui sponsam domini sobria castitate conseruāt: si et illa q̄ et ante perstrinxit monachi cā est alia: alia clericorum. Clerici oues pascunt: ego pascor. Illi de altario uiuunt: mihi quasi infructuosæ arbori securis ponitur ad radicem si minus ad altare non deferro. Nec possū obtendere paupertatē cum in euangelio anum uidiā duo aræ q̄ sibi sola supererant mittentem in gazophylatium laudat dominus. Nibi an psbyterum sedet nō licet: illi si peccauero licet tradere me sathanæ in itinerā carnis ut spiritus saluus sit in die domini iesu: et in uertē quidē lege quicunq; sacerdotibus non obtēpisset aut extra castra positus lapidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat amore. nē uero inobediens spirituali animaduersione truncatur aut eiectus a ecclia rabido demonum ore discerpitur Quod si te quoque ad eundem ordinē clericatus placitū blandimētā sollicitant: gaudebo de ascensu: tibi bo de lapsu: Qui episcopatum desiderat: bonum opus desiderat Scimus ista sed iunge qd sequitur. Oportet

[Marginal notes, partially illegible]

At huiuscemodi irrephensibile eē unius uxoris uirum: ho-  
 spitem docibile sobrium: pudicus: prudentē ornatus  
 nō uolentus: percussorē: sed modestus: nō ceteris quæ  
 de eo sequuntur explicitis nō minores in tertio gradu  
 adhibuit diligentiam dicens. Diaconos similiter pudī  
 eos: nō biligues nō multo uino deditos: nō turpis lucri  
 appetitores: habētes ministeriū fidei i cōscientia pura  
 Hi autē probentur primū et sic ministrent nullū crimē  
 habentes. **U**e illi homini qui uestem non hēt nuptia-  
 lem et ingreditur ad cenā Nihil superest nisi statim audiat  
**A**mice quo mō huc intrasti non hēns uestē nuptialem  
 et illo obmutescente dicatur ministris Tollite eū et mit-  
 tite ligatis māibus et pedibus in tenebras exteriores :  
 illic erit fletus et stridor dentium. **U**e illi homini qui ac-  
 ceptus talentum in sudario ligans ceteris lucra facien-  
 tibus id tantum qd̄ accepit reseruauit sūco indignatū  
 dñi in responsione ac clāore ferietur Serue neq̄ qua-  
 re non dedisti pecuniā meā ad mensā: et ego ueniēs cū  
 usuris exegissem eam. i. deposuisses ad altare: qd̄ ferē  
 n̄ poteras. **U**um enim tu ignarus negotiator dēarium  
 tenes: alterius locus qui pecuniam duplicare poterat  
 occupasti. **Q**uā obrem sic hi qui bene ministrant bonū  
 gradum sibi acquirunt ita qui indigne ad calicem dñi  
 accedunt rei erūt dñici corporis et sanguinis **N**on dñes  
 episcopi episcopi sūt Attendis Petri: sed et iudas con-  
 sidera. Stephanū suscipio: sed et **N**icolaus respice quē  
 dñus in apocalypsi sua damnat sententia q̄ non tantū  
 turpia sed et nefanda cōmentus est ut in scolaribus h̄c  
 resio ex illa radice nasceretur probet se iusquisq̄ et sic  
 accedat. nō facit ecclesiastica dignitas christiana signē  
 ta. **C**ornelius centurio adhuc ethnicus dono spiritus  
 sancti mundatur. **P**resbyteros puer **D**aniel iudicat.  
**A**mos sycomorus mora distringens repente prorūpit  
 nec tacet **D**auīd pastor eligitur in regem. **C**riminus dī  
 scipulum amat **I**esus plurimus **I**nferius frater accubet  
 ut minore ueniente sursum iubeatis accedere. **S**uper  
 quem dominus requiescet nisi super humiles et quietū  
 et tremētem uerba sua? **L**ui plus cōmittitur plus ab  
 eo exigitur potentes potenter tormēta potientur. **N**ec  
 sibi quisq̄ tantūmodo de corporis castitate supplaudat  
 cum de uerbo ocioso quodcūq̄ locuti fuerit hōies red-  
 dituri sūt pro eo rōnes in die iudicii: cum etiam homi-  
 cidii reatus conuicius sit in fratrem. **N**on ē facile stare  
 loco **P**auli. **P**etri tenere gradū tam cus x̄po regnātū  
 ne forte ueniat angelus qui scīdat uelut templi tui. et  
 candelabrus tuum de loco moueat. **E**dificaturus turrē  
 futuri opis sumptus supputa. **I**n fatuātū sal ad nihilus  
 prodest: nisi ut proiciatur foras et a porcis conculcetur  
**M**onachus si ceciderit rogabit pro eo sacerdos. **P**ro  
 sacerdotis lapsu quis rogaturus ē sed quoniam scopu-  
 losis locis enauigauit oratio: et iter cauas spumis flu-  
 ctuantibus cautes in altum cymba processit pandenda  
 uela sunt uentis: et q̄stionum scopulis transuadatis lx  
 tantūmore nauarum epilogi celeuma cantādum ē  
**D**esertum floribus christi uernans. o solitudo in qua  
 illi nascuntur lapides de quibus in apocalypsi ciuitas  
 magni regis construitur: **H**eremus familiaris deo  
 gaudens. **Q**uid agis frater in seculo qui maior es mū-  
 do q̄ dñi te tectorum umbrā p̄munt: q̄ dñi fumos aris  
 urbius carcer includit. **E**rede mihi: nescio quid plus lu-  
 cis aspicio. libet sarcina corporis abiecta ad purum æ-  
 theris uolare fulgorem. **P**aupertatem times sed bea-  
 tos pauperes christus appellat: **L**abore terreris. **N**ē o  
 athleta sine sudore coronatur. **D**e cibo cogitas: s̄s fides  
 fames non timet. **S**upra nudas metuis humus exesa  
 ieiunio membra collidere: sed dominus tecum iacet.  
**S**qualida captis horret inculta cæsarief: sed caput nū  
 christus est. **I**n finita heremi uasitas terret: s̄s tu para-

ditum mēte deambula. **Q**uotienscumq̄ illuc mente cō-  
 scenderis toties in heremo nō eris. **S**cabra sine balne-  
 is attrahitur cutis: sed qui i christo semel lotus est: nō  
 habet necesse iterus lauare. et ut breuiter ad cuncta au-  
 dias apostolum respondentem **N**on sunt condigna in-  
 quit passiones huius seculi ad superuētūrā gloriā quæ  
 reuelabit in nobis. **D**elicatus es si si et hic uis gaudere  
 cum seculo: et postea regnare cum christo. **V**eniet: uēi  
 et illa dies qua corruptiū hoc et mortale iduat icorru-  
 ptionem et immortalitē. **B**eatus seruus quē dominus  
 inuenit uigillātem. **T**unc ad uocē tubæ pauebit terra  
 cum populis tu gaudebis. **J**udicaturus cum dño lugu-  
 bre mundus immugiet et tribus ad tribus pectora feri-  
 ent. **P**otentissimi quondā reges nudo latere palpabit  
**E**xhibebitur eus prole sua uenere: tē ignitus **J**uppiter  
 adducetur et cum suis stultus. **M**ato discipulis. **A**risto-  
 telis argumēta nō proderunt. **I**c tu rusticanus et paup-  
 exultabis et ridebis et dices **E**cce crucifixus deus me-  
 us: ecce iudex qui obuolutus pannis in p̄sepio uagūit:  
**H**ic est ille operarij et quæstuaris filius: hic qui matris  
 gestatus sinu hominē deus fugit in ægyptus: **H**ic uesti-  
 tus cocino. **H**ic sētibus coronatus: hic magus dæmo-  
 nium habēs et samarites. **L**erne manus iudex quas si-  
 xeras: cerne latus romanæ qd̄ foderas. **V**idite corpus  
 an idē sit quod dicebatis clā nocte sustulisse discipulos  
**D**ilectio tua me compulit ut h̄c tibi frater dicerē: et ut  
 his interesse contingat quibus nunc labor durus est.

**A**d lucinū bethicum ut in sancta cōuersatione p̄ma-  
 neat nec retro respiciat. **E**t in sine incidēt de opuscu-  
 lis suis et duabus q̄stionibus **U**trum sabbato ieiunan-  
 dum sit et **E**ucharistia sumēda quotidiē.



**N**on opinātū mihi subito litteræ tuæ  
 reddi: sunt: quæ quāto isperatæ: tā-  
 to gaudiorum plenæ quiescentē aias  
 suscitauit: ut statim amore cōplete-  
 rer quē oculis ignorabas: et illā me-  
 rum tacitus mussitarē. **Q**uis dabit mihi pennas sic co-  
 lumbe et uolabo: et requiescas ut iueniam quē diligit a-  
 nima mea. **V**ere nunc in te dominicus sermo comple-  
 tus est. **C**ulti ab oriente et occidēte ueniēt et recum-  
 bent in sinu abrahe. **C**ornelius centurio cohortis itali-  
 cæ nunc **L**ucinū mei p̄figurabat fides apostolus **P**au-  
 lus scribens ad romanos cum in hispaniam proficiscer-  
 cepero spero quod p̄teriens uideā uos: et a uobis de-  
 ducar illuc: tantis fluctibus approbauit quid de illa pro-  
 uincia quæreret. **I**n breui t̄pe ab Hierosolymis usq̄ in  
 illyricus euāgelii iaciens fundamēta romā uictus igre-  
 ditur: ut uinctos superstitionis erroribus liberos faciat  
**M**anet in hospitio cōducto p̄ biennium ut nobis utrius-  
 q̄ instrumenti æternā reddat domum. **P**iscator homi-  
 nū misso rete apostolico te quoq̄ quasi pulcherrimus  
 auratam inter innumera piscium genera traxit ad littora  
**R**eliquisti amaro fluctus salos gurgites scissuras mō-  
 tum et leuiathā regnantē i aquis cum Iesu deserta ex-  
 petens contempsisti ut possis illā propheticum canere  
**I**n terra deserta et in inuio et in aquoso sic in sancto ap-  
 parui tibi et iterum **E**cce elongam fugiens et māsi in so-  
 litudine. **E**xpectabam eum qui saluum me fecit a pusil-  
 lanimitate sp̄s et tempestate. **O**bscuro ergo te et mone-  
 o parentis affectu ut qui sodomam reliquisti ad mōta-  
 na festinās p̄ tergum ne respicias ne aratri stiuam ne  
 fimbriam saluatoris ne cinnamomus eius noctis rore ma-  
 defactos quos semel tenere cepisti aliq̄n dimittas ne  
 de tecto uirtutum prisina q̄siturus uestimēta descēdas  
 ne de agro reuertaris domum: ne cāpestrā cum **L**oth  
 et amœna hortorum diligas q̄ non irrigantur de celo

ut terra sancta: sed de turbidissimo flumine iordane: post  
 quod dulces aquas maris mortui commixtione mutauit.  
 Excepisse multorum est ad culmen puenisse paucorum. qui  
 in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus accipit coro-  
 nam. At e contra de Nobis dicitur Sic currite ut comp-  
 hendatis. Non est inuidio agonistha nisi: nec alteri pal-  
 mam alteri parat ignominias. Omnes athletas suos desi-  
 derat coronare: gaudet anima mea et magnitudie lati-  
 tudinis re maioris patior. Ruit in lachrymis uerba pro-  
 fisionem hospitem habere meruit saluatores. Cartha et  
 Maria conuictio preparato dominum suscipere. Vere-  
 trix lauat fleibus pedes et unguentis bonorum operum  
 dominici corporis dedicat sepulturam. Simo leprosus i-  
 uitat magnum cum discipulis suis et non contentus: Abra-  
 ha dicitur Egredere de terra tua et de cognatione tua  
 et de domo patris tui et uade in terram quam monstrauero  
 tibi. Relinquit chaldam: relinquit mesopotamiam quirit  
 quod nescit ne perdat quem iuenerat. Non enim arbitratus  
 est simul se habere posse et dominum et patriam: sed ias tunc  
 illud prophetam dauid opere complebat Aduenam sum  
 apud te et peregrinus sic omnes pates mei. Debrauo id  
 est perotes atque transitor: dum non est pnti uirtute cote-  
 tus: sed peritorum obliuiscens in futurum se extendit: et  
 sit illud Tibunt de uirtute in uirtute mysticum sortitus  
 est nomen: et uias tibi aperit quo non gratas ea quae tua  
 sunt: sed quae aliena: et illos putes pariter: fratres: af-  
 fines: atque cognatos qui tibi in christo copulati sunt. me  
 inquit mea et fratres si sunt qui faciunt uoluntate patris  
 mei. Nemo prius tecum in carne nec in spiritu sociam de coniuge  
 germanam: de socina uirum: et subiecta parem: quam sub  
 eodem iugo ad caelestia simul regna festinet. Laeta rei  
 familiaris dispensatio et ad calculos rediens non cito ad  
 ponitur Joseph cum tunica aegypti effugere non potuit  
 Adolecens ille qui opertus sindone sequebatur Iesum  
 quia tentus a ministris fuerat terrenus abiiciens uesti-  
 mentum nudus euasit. Helias igneo curru raptus ad cae-  
 lum melotem reliquit in terris. Heliasus boues et iuga  
 prioris operis uertit in uota. Loqui sapientissimus Vir  
 Qui tangit pices inquinabitur ab ea. Quadiu uersatur  
 in hoc seculo et aia nostra possessionum ac reddituum  
 procratone deuincta est de deo libere cogitare non  
 possumus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate: at  
 que societas luci ad tenebras: Qui consensus christi ad be-  
 lial. quae pars fidelis cum infideli. Non potestis inquit  
 dominus deo seruire et mamona. Aurum deponere in  
 sapientium est non perfectorum. fecit hoc thebanus cra-  
 tes: fecit Antisthenes. Seipsum offerre deo proprie  
 christianorum est: et apostolorum qui duo cum uidua  
 paupertatis suae in gazophylatius ara mittentes: totum  
 censum quem habuerant domino tradiderunt et merentur  
 audire. Sedebitis super duodecim solia iudicantes du-  
 odecim tribus israel. Hae et ipse intelligis quo antio  
 replicem et quod sub aliis uerbis te ad sanctorum loco-  
 rum inuitem habitaculus Abundantia tua multorum ino-  
 piam sustentauit: ut de horum diuitum in tuam indigentiam  
 redundarent. fecisti tibi amicos de iniquo mamona  
 na qui te reciperent in aeterna tabernacula. Laudanda  
 res et apostolicorum temporum uirtutibus quae quae  
 da qui uenditis possessionibus suis credentes afferbant  
 pecunias atque fundebant ante pedes apostolorum om-  
 dentes auaritiam esse calcandam: sed dominus magis quam  
 rit animas edentius quam opes. Legimus Redemptio  
 animae uiri proprie diuitum Possumus quidem proprias  
 diuitias intelligere quam non de alieno: non de rapinis sunt  
 iuxta illud Honora deum de tuis iustis laboribus: sed me-  
 lior est illa intelligentia ut diuitias proprias intelligamus  
 thesauros absconditos quos nec fur possit suffodere:

nec latro uolens eripere. Opuscula mea quam non sui me-  
 rito sed bonitate tua desiderare te dicis ad describendum  
 hominibus tuis dedi et descripta uidi in chartaceis co-  
 diabus ac frequenter ammonui ut conferrent diligentius  
 et emendarent. Ego enim tanta uoluntate praefrequentia  
 comitantium et peregrinorum turbis relegere non potui  
 et ut ipsi probauerent pates Longo tentus incommo-  
 diis diebus quadragesimae quibus ipsi proficiscebantur in-  
 spirare coepi: Unde si paragrammata reppereris uel mi-  
 nus aliqua descripta sunt quam sensum legentis impediunt  
 non mihi debes imputare sed tuis: et imperitiae notari-  
 orum librorumque icuriae qui scribunt non quod iuenerunt  
 sed quod intelligunt: et dum alienos errores emenda-  
 re nituntur ostendunt suos. Porro Iosephi libros et  
 sanctorum Patrum et polycarpi uolumina: falsus rior  
 ad te pertulit a me esse translata: quia nec Octi nec uirum  
 est tantas res eadem in alteras linguas exprimere uenu-  
 state Origenis et sancti Didymi pauca translulimus: uolentes  
 nostris ex parte ostendere quid graeca doctri-  
 na retineret Canonis hebraicae ueritatis excepto octa-  
 theuco quem nec in manibus beatorum: pueris tuis et notari-  
 is describendum dedi. Septuaginta interpretum editiones  
 et te habere non dubito: et ante annos plurimos dilige-  
 tissime emendatam studiosis tradidi. Nouus testamen-  
 tum graeca reddidi auctoritati. Ut enim ueterum librorum  
 fides ad hebraeis uoluminibus examinanda est: ita nouorum  
 graeci sermonis normam desiderat. De Sabbato quod  
 quaxriturum ieiunandum sit: et de Eucharistia an acci-  
 pienda quotidie quam romana ecclesia et hispaniae obser-  
 uare prohibetur. Scripsit quidem et hippolytus uir diser-  
 tissimus et carpi diuerti auctores uariis auctoribus edidi-  
 ssis ego illam breuiter et amonendum puto traditiones ec-  
 clesiasticas praeterquam quae fidei non officiant: ita obserua-  
 das ut a maioribus tradita sunt: nec aliorum consue-  
 tudinem aliorum contrario more subuertit. Atque uti omni  
 tempore ieiunare possemus quam in actibus apostolorum  
 diebus pentecostes et die dominico Paulum et cum  
 eo edentes fecisse legimus: nec tamen manichaei haereseos  
 accusandi sunt: cum carnalis cibum praefert non debuerit  
 spirituali. Eucharistiam quoque absque condemnatione no-  
 stri et pungente conscientia semper accipe et per psalmi-  
 stam audire dicentem Gustate et uidete quoniam suauis est do-  
 minus: et cum eo canere Eructauit cor meum uerbum  
 bonum: Nec hoc dico quod festis diebus ieiunandum pu-  
 tem: et contextas quinquaginta diebus serias auferas  
 sed unaquaqueque provincia abundet in suo sensu et precep-  
 ta maioris leges apostolicas arbitretur. Duo palliola  
 et amphimallum de tuis usibus uel uteda uel sanctis da-  
 da suscepit. Ego insignia paupertatis et cotidiani sym-  
 boli ac penitentiae tibi et sorori tuae misi quattuor alii  
 ola apta proposito et usibus uesiris et codicem idest ui-  
 sionis Esayae ualde obscurissimas quas nuper historia  
 explanatione disserui quaxtudes. Ut quotiescunque mea  
 opuscula uideris totiens amici dulcissimi recordatus na-  
 uigationem quam parump distuleras pares. et quia in ho-  
 mine non est uia eius et a domo gressus hois dirigitur.  
 Si forte quod absit procul aliquid fuerit impedimento  
 quaxo ut quos caritas iungit: terrarum longitudo non  
 separet: et absentem Lucinum nunc spiritu praesente litterarum  
 uicissitudine sentiamus.

Ad Carcellam scribit et secularium occupationum et  
 suis et humanae mutabilitatis uices describens ad sece-  
 dendum ex urbe et relinquendum saeculum exhorta-  
 tur bethleem et loci ortus diuici magnis praenitit effere

**A**BROSIUS quo caritas: sumptis no-  
 tariis administrante tam innumerabiles libros

uester ady mantus et n̄ Calcenterus explicauit in qua  
dam epistola: quam ad eundem scripserat de athenis re  
fert nunq̄ cibum Origene p̄sente sine lectione sumpsis  
se: nunq̄ uenisse s̄onum nisi unus e fratribus sacris lit  
teris personaret. Hoc diebus egisse uel noctibus: ut et le  
ctio orationē susciperet: et oīo lectionē. Quid nos uen  
tris aialia tale unq̄ fecimus? quos si uel secūda hora  
legentes iuenerit oscitamus: manu faciem defricātes:  
continentes stomachus et quasi p̄t multum laborē labi  
mur: et mundialibus Rursum negociis occupamur: p̄  
termitto prandia: quibus mens onerata p̄mitur: pudet  
dicere frequentia salutandi: qui at ipsi quotidie ad alios  
pergimus: aut ad nos uenientes ceteros expectamus  
Deinceps itur ad uerba: sermo teritur: laceratur absen  
tes: uita alieno describitur: et mordētes inuicem cōsui  
mur ab inuicē. Talis nos cibus occupat et dimittit. Eū  
uero amici recesserint: ratiocinia supputamus. Nē ira  
nobis personā leonis iducit: nē cura superflua in ānos  
plurimos duratura p̄rogat: nec recordamur euāgelii  
dicentis Stulte hac nocte auferent aiam tuam a te: q̄  
autē preparasti cuius erunt. Vestes non ad usum tū:  
sed ad delicias conquiruntur. Ubicūq; compendius ē  
uelociter pes: citus sermo: auris attentior. Si dānum  
ut saepe in re familiarī accidere solet: fuerit nunciatum  
uultus in creore deprimimus: latamur ad nūmum: aīf  
so obolo cōtristamur: uide cum in uno homine animo  
rum tam diuersa sit facies propheta dñm dep̄catur dī  
cens Domine in ciuitate tua imagines eorum dissi  
pa. Eum. n. ad imagines et similitudinē dei conditi sumus  
ex uicio nō p̄sonas nobis plurimas superinducimus  
Et quo in theatralibus scānis unus atq; idē hīstrio nē  
herculem robustus ostendit: nē mollis in uenerē frāgē  
nunc tremulus in cibelem: ita et nos qui si de mundo  
nō essemus odiremur a mundo: tot hēmus peccatorū  
similitudines: quot peccata. Quapropter quia multa uī  
ta sp̄tia transuimus fluctuādo et nauis n̄ra nunc pro  
cellarum concussa turbine: nē scopulorum illisionibus per  
forata ē: quāprimum licet quasi quxdā portus secreta  
ruris intrēus: ubi cibarios panes et holus nostris mā  
bus irrigatum: et lac delicia rusticanā uiles quidem s̄  
innocentes cibos p̄bent. Ita uiuentes nō ab oīone s̄o  
nus: nec saturitas a lectione reuocabit. Si x̄stus est: se  
cretum arboris umbra praebebit: si autumnus ipsa ae  
ris temperies et strata subter folia locum quietis ostē  
dit. Vere ager floribus depingitur: et inter querulas a  
ues psalmos dulcius cātābuntur. si frigus fuerit et bra  
malis nix: Ligna nō emā calidius uisgillabo uel dormiā  
Lerte quod sciam uilius nō algebo: Habeat sibi rom a  
suos tumultus: arena sauiat: circus insanat: theatra lu  
parient: et quia de nostris dicendum ē quotidie matro  
narum turba uisitetur fenatus. Nobis adhaerere domi  
no bonum ē ponere in deo spem nostrā: et cum paup  
tatem nostram calorum regna mutauerint erumpāus  
in uocem: Quid. n. mibi est in caelo: et a te quid nolui s̄  
terram: quod scilicet cum tāta reperiamus in caelo par  
ua et caduca nos q̄sisse doleamus in terra. Dale. Verū  
ut ad uillam et ad maris diuersorium ueniam. Plus  
enim laudat unusquisq; qd̄ possidet: quo sermōe qua  
uoce speluncā n̄bi saluatoris exponā: et illd̄ p̄sepe i quo  
infantulus uaguit. silentio magis q̄ infimo sermōe ho  
norandum ē. Ubi sunt late porticus: ubi aurata laque  
aria: ubi domus miserorum p̄cenis et dānatorum labo  
re uestita. Ubi ad istar palatii priuatorum extracta ba  
silica ut uile corpusculū p̄ciosius inābulet: et quasi mū  
do quicq; possit esse ornatiū: tecta sua magis uelit aspi  
cere q̄ caelum. Bethelem ecce in hoc paruo terra fora  
mine calorum conditor natus est. Hic inuolutus p̄m̄is  
hic uisus a pastoribus. Hic demonstratur a stella. Hic a

doratur a Magis. Et p̄to sanctior locus est rupe tar  
peia quā de caelo saepe fulminata ostenditur: Quid de  
ea displicere est. siquidem ibi est sancta ecclesia: sunt tro  
phaea apostolorum et martyrum: ē christi uera confes  
sio: et apostolorum p̄dicata fides: et gentilitate calcata  
in sublimē quotidie erigitur uocabulum christianum:  
sed ambitio: potentia: magnitudo urbis uideri et uideē  
salutari et salutari: laudari: detrahe: uel audiri: uel pro  
loqui: et tantā hominum frequentiam saltem iuitum uī  
dere a proposito monachorum et a quiete aliena sunt  
aut. n. uidemus ad nos uenientes et silentium p̄dimus  
aut si nō uidemus superbi arguimur. Interdum ut uisi  
tantibus reddamus uicem ad superbas fores pergius  
inter linguas rodentium ministrorum postes igrediur  
deauratas. In christi uero uilla ut supra diximus tuta  
rusticitas est. Ex psalmos silentium ē. Quocūq; te uerte  
ris arator suam retinēs alleluia decantat. sudans mes  
sor psalmis se aduocat: et curua attondēs falce nites uī  
nitor aliquid dauiticum cātat. Hec sunt in ista prouin  
cia carmina: ha ut uulgo dī amatoris cātōes. Dale.

Ad exuperantium hortatoria ut abiecta militiā saeculi:  
ac sp̄reto conuicio deo militet.

**H**IER omnia q̄ mibi sancti fratris  
Quintiliani amicitia praestiterit hoc  
uel maximum est q̄ te mibi ignotus  
corpore mēte sociauit. Quis. n. non  
diligat eum qui sub paludamento et  
habitu militari agat opera prophetarum: et exteriores  
homines aliud promittentem uincat interiore homie  
qui formatus est ad imaginē creatoris. Unde et prior  
ad officium prouoco litterarum: et precor ut mibi occa  
siones saepius tribuas rescribendi quo de cetero scribā  
audacius. Illud at prudentia tua breuiter significasse  
sufficiat ut memineris apostolica s̄n̄a. Dictus es ux  
ri ne queras solutionē idest alligationē quā solutioni  
contraria est. Qui ergo seruit officio cōiugali uinctus ē  
Qui uinctus est seruus ē. Qui at solutus ē et liber est.  
Eum ergo christi gaudeas libertate: et aliud agas: et a  
liud repromittas: ac prope modum in dōm̄ati cō  
stitutus sis non debes ad tollendam tunicā tecta descē  
dere: nec respicere p̄t tergum: nec aratri semel arrepti  
suam dimittere. sed si fieri p̄t imitare Joseph et x̄gy  
ptiā domix pallium derelinque: ut nudus sequaris do  
minum saluatorem qui dicit in euangelio Nisi quis tulerit  
crucem suam et secutus me fuerit: nō p̄t meus esse  
discipulus. Proiice sarcinā saeculi: ne queras diuitias.  
quā camelorum prauitans comparantur. Audus ad  
caelum et leuis uola ne alas uirtutum tuarum auri de  
primant pondera. Hoc autes dico non quo te auarum  
didicerim: sed subintelligā: scireo adhuc te militā opā  
dare ut impleas sacculum: quē euacuare dominus p̄  
cipit. Si igitur qui h̄nt diuitias et possessiones: tubentur oī  
a uendere et dare pauperibus: et sic sequi saluatorem: dī  
gnatio tua aut diues est: et debet facere quod p̄ceptus  
est: aut adhuc tenuis: et non debet q̄rere quod eroga  
tura est. Lerte christus pro animi uoluntate omnia. i ac  
ceptum refert. Nemo apostolis pauperior fuit: et nō  
tantum pro domino dereliquit. Vidua illa in euangeli  
o paupercula quā duo minuta misit in gazophylatius  
cunctis praefertur diuitibus quia totum quod habuit de  
dit: et tu igitur eroganda non queras: sed iam quā sita  
tribue: ut fortissimus trunculum suum christus agno  
scat ut latus tibi de lōgissima regione uenienti occurrat  
pater ut stolam tribuat: ut donet anulum: ut imolet pro  
te uitulum saginatum. ut expeditum cum sacro fratre  
Quintiliano ad nos cito faciat nauigare: pulsaui amici



tiarum fores: si aperueris crebro nos habebis hospites.

**A**d Praesidium diaconum de rōe carei paschalis p̄m̄  
ctantem scribit et solutōe dimissa ad cōtemptum laxu  
li et heremiticas uitam hortatur: sollicitudines seculi et  
detractorum describēs calumnias: ac d̄ naturis quarū  
dam ferarum edisserens.

**N**ULLA res uetus inquit comicus  
tam facilis est quin difficilis fiat: quā  
iuitus facias: quod si ille rem faciles  
difficiliter fieri iuito animo putauit:  
quid me facere existimas in re maxi  
ma et nullius inq̄ ediserta eloquētia. Nā quicumque  
uoluerunt de laudibz carei dicere plenis ut aiunt uen  
tis ingenti sui intendere uela: et quasi pelagi alta p̄e  
trantes uicina abscondere littora. Statim in orōnis so  
ribz renidet clamor florum: pratoris discretio et i mo  
dum sonantis aurz molliter uerba cadentia. Dum de  
scribuntur apes q̄ sine coim generātur et generant: q̄  
solz a concubitu liberz natos ore legunt: arte compo  
nunt et quadam rōe uitati animas apiculis nō de suo  
inserunt. Præterea totus Virgiliū georgicorū liber pro  
fertur in medium. Rex aduolans agmen inducit tan  
toqz strepitu diuersa narrātur munia ut militaribus ca  
stris iteresse te credas. Sed cū audieris uel legeris lau  
dabis oratoris eloquētia et ut breuiter signes putate.  
Quintilianū controuersia recordari in qua pauper cau  
satur dolens ob interitus apū flores ab impotētissimo  
diuine uenenatos. Esto Hæc iocunda sunt: et aurē com  
posito pede mulceat. Quid addico? Nunquid ad ecclē  
siaz sacramenta: nunquid ad tēpus paschaz cum agnus  
occiditur: cū accinetis lumbis carnes eius ossibus deuo  
rantur: cū tacete episcopo presbyteris i plebeiū quodā  
modo cultū redactus leuia loquitur: docetqz qd̄ pene  
non didicit et festissimo pradicans tēpore toto debinc  
anno iusticiū uocis eius indicatur. Vides ne quā gran  
dia sint? Intelligi te difficilia postulare: in eodē quippe  
momēto et pradicada cōscriberis: et cur ita pradicata sint  
docere oim̄ difficilimū est. Nā illud me pene præterit  
diuinis magis q̄ humanis uocibus disserēdū ē. Lege  
pentateucū. Instrumentus uetus purrez: nusq̄ in dei  
sacrificiis mella nusq̄ carz usū: sed lucernarū lumina:  
et oleo fotos uidebis igniculos. Quid causer de ueteri  
testamento: nouos percurrere libros. Nō ut opinor sunt  
euāgelia quatuor apostolorū actus: Epistolz iōannis  
apocalypsis: nihil p̄ter ista: nūquid alicubi exrens? Nō  
ne in finē euāgelii detonantis inter septē cadelabra et  
lucernas aureas sp̄s ius reuelatur i calis: Ad hæc sp̄s  
debis Et ego a te idcirco fieri posulaui: quia sciuū esse  
difficile quod petebā. Breuiter ois soluitur quæstio et  
par pari refertur sentētia: et ego me idcirco id facere nō  
putabo quia res difficilimā postulasit. Attamē ne accu  
sando differā si coram pariter fuerimus audies uniuersa  
sa quæ sētia ut si quid forte nescius in tua aure moria  
tur: Nā qui scribit multos sumit iudices Alius i alterius  
liuet ac crassatur igēti Ille si unus sermo d̄fuerit q̄i clau  
dā oratiunculā defugiet: Alius si paululū se eloquētis co  
thurnus extulerit nō presbyterū latrabit eē s̄ rhetorē  
Itaque si uis te mihi hoc obligari munere placentinas  
delicias desere sectare abrahæ habitū: relinque natale  
solus: sp̄retisqz urbibz ad deserta secede: ut possis ora  
re cus christo: erit quides durus et mucidus et borde  
ceus forte panis: Sed delicatus militem rex non amat  
hierusalem quæ similes et mella et oleū māducauit for  
nicatōnis arguitur. Nō q̄ mali sint cibi quos paterna  
indulget demētia: sed q̄ mollis præliator statim ad pri  
mam aciem concidat: et post umbram solem ferre non

potest: post sudarius galeam oneri potius reputet q̄ tu  
ramini: Quod si exire cupienti mater obsistit in limine  
loquere ei uerbis dōini tui. Mater mea et fratres mei  
sunt qui faciunt uoluntatem patris mei qui in calis est  
Si uernacula cum quibus nutritus es flere: et paterni  
ruris memoriæ ipsius quoqz domus anguli et secreta  
retinere te ceperint: in quibz infans uolutatus es: iust  
sti puer: adolescens lasciuiisti: recordare omnes qui nē  
accolx heremi sunt celestes illos choros p̄ eos erupis  
se tramites: Iisdem insūtisse uestigiis. Et ut longam  
orationē compendio breuiē. Epistola quippe libris re  
dolere non debet. Aut parua aut magna sunt: quæ tibi  
deferenda psuademus: si parua non difficile putes par  
ua contemne. Si magna maiora magnis p̄mia p̄pa  
rantur: sed dicis uolo prius paternum ius uendere: et  
exiguū sumptibz cōgregatis siue uaticum uitæ sternē  
siue i pauperum me elemosynam p̄parare: Et hic euā  
gelicam audi s̄ntam Si uis perfectus eē uade uende  
omnia quæ habes: et da pauperibz: et ueni et sequere  
me. Plures iam anni sūt quo ceppisti seruire deo: mēa  
christum sequēs nō diu seculi sustinet onus: nec se pa  
tuitur istius mundi uinculis alligari: qui potius time ne  
ocasio distribuēdi patrimoniū prendi: dus nō uis rem  
maioris p̄ci minoris uendē sit impedimētum propo  
sito tuo. Decem aliquid emptum est nimulio uel unū  
libentiam accipias: dum me ad plia festinantē millz præ  
pediant moraz. Mathæus sedens ad teloniarum audit  
Seq̄re me nunquid prius ratiocinia supputauit: et re  
uersus domum suorum passus est lachrymas p̄diorū  
qz auctōe licita: nequaq̄ ponit domini sequi uestigi a  
nisi mundi se prius onere liberaret. Ille discipulus qui  
renuntiare parentibus ante cupiebat uoce saluatoris  
arguitur. Et certe multum interest iter eum cuius breuis  
ad domum recursus statim uenturi rephēdi: et te qui  
tāto iam tempore aut non uēdis tua quā cito potes face  
re: aut non facile contēnis: sed uides multa tibi impedi  
mēto esse ne facias. Eum hæc legeris et ad asylum ro  
muli fugiens et comcedix cōscendens arā uerbere d̄ni  
seutentis eludis ecclesiam. Totū desere nō possum.  
Deorū ne incurram sacrilegium: si altaria derelinquā  
Euge meus plus de te exacturus sum si ad uitam mōa  
chi clerici aliqui dignitatis accedat. Si i apostolico stāo  
ordine quotidie christi corpus pia plebi famulatione  
distribuis: sed considera obsecro satis eē difficile locus  
Stephani implere uel pauli in euāgelico stare ministē  
rio: et populos subiacentes cadenti desup ueste despic  
re p̄ciosum ē margaritum: sed cito frangi: fractumqz si  
potest iustaurari. Nauis quous sit rudis et solidis cōfixa  
clauis tientes fluctus tabulata nō sentiant: Eito tū si pi  
culose nauigat p̄foratur. Et licet plenis uētis lucrosus  
ad optata perueniat: Tamen magis securaz sunt aquæ  
trāquilla: et ut apertius loquar plus te quidē dicis hē  
re mercedis si in media urbe cōsistens monachorū ul  
tam uicites. Et sunt uera q̄ dicis: sed nō tam facile ex  
plentur opere q̄ dicto. Ut. n. cetera p̄mittam q̄ nos  
ab austeriori uita retrabant illud inferā ad cuius cōpa  
tionem et q̄ dissimulaueri imo timuerim dicez itelliges  
Alius barbā cedit aqualiter et hilaritates frontis inē  
ti desuper coma protegit. Tu si paululū ut nos solēus  
rusticani capillum usqz ad cutem p̄secueris risum p̄be  
bis omnibus q̄ si pulla fuerat tunica et p̄tereuntius di  
gitis denotaberis. Lane inq̄ ne stricta sint caligaz: nec  
crura non candeat: nisi formosus fueris sanctus eē n̄  
poteris. Aliquis iuitat de optimatibz ad prandius om  
nes uotiuū pergunt feris: certe aut eundem tibi ē: at  
negandum. si teris aut iisdem cibis uesceris aut aliis:  
si alius cōuiuarius offendetur oculi: si iisdem perit absti  
nentia quod si ire nolueris tē miser i pradio comederis

ad singulas quasque phialas et delibuta mellis uina potaberis: Alius in tuum uultum cauillabit. Ille incessus ridebit: hic habitum: et imitatores forsitan iudiciorum. Nonne hic est inquiet filius fabri: nonne fratres eius et sorores apud nos sunt. Ego illis memini ante tot ferme annos illud fecisse turpe: dixisse turpius. Nilis fure clamabit et moechus: sequi sceleris finget esse participem. Omnia pariter praedia sonabunt: et in te temulentum conuiuium dissoluetur. Quod si suillis abstineris carnis bus: et non crebro balneas frequenter ueris. Te uere per omnes columnas manichaei tibi titulus ascribetur. Si uolucrum edulium refutaueris: et tenellas columbas crassosque Turtures expetenti gutturi durior deo denegaueris: sacrilegii crimen affigitur statimque aient. Hi sunt qui catorem mundi continent. In usus nostros facta sunt omnia. Audiui deo teste non metior quaedam in sua gula disertum cum me riore cognouisset esculentioribus cibis abstinere dicere. Nunquid porcellus ideo factus est ut togatus in senatu suam diceret: quod uidelicet me stultitia condonaret: qui putarer ea quae sunt in hominum usus creata non sumere. Hae et istiusmodi cum uita in urbibus lacerant bona: quid facis frater in medio aut uicinis aut anathemati colla summittere. I. aut sectaberis quae sunt aduersa continentia: at si facere uolueris ipse dante aberis: pro merito obras salutationes matronarum et obsequia: uariis alque illecebras quibus est rigidissimi emolluntur animi: et sireno cantu ad naufragia protrahuntur: quod ad speciosas quasque formas oculus saepe iuuens abstrahitur quod aures obscena dicta ferunt. Ne illud affirmo quod est si ista non essent ad compassionem in ingentis boni minora ad ferere debueras. Adde quod diaconus es: et abscessus tuum ecclesiam damna non sentiunt. Helias uixit in eremo. Delisum prophetarum secutus est chorus. Precursor domini Joannes nutritus est in solitudine. Ad hoc tantum descendit ad iordanis ripas ut populos argueret consuetos et pharisaeos intelligeret clericos iudeorum et generationes uiperas denotaret. Nuper aegypti deserta uidisti intuitus es angelicam familiam: Quam ibi florescunt sunt quod spiritualibus gemis prata uernantia. Vidisti desertum quibus dominus coronatur. Ille tibi in pectore ignis aestuet. Illa quondam cogita: tracta: desiderata: et quodam quasi carcere detentus exclama. Deu me quia peregrinatio mea prolongata est: et in paradisi mente conscendens: totiens in terra non eris quotiens terram despecturus: eadem nobis certe cum his qui habitant per deserta conditio est. Nidem infirmitatibus uel uirtutibus subsacemus. Si te aqua potus uexat: quod tibi nobiliores non dicas uina nesciunt: et carniui cibos ignorant: sed infuso tamen legumine sustentantur. Si balnearum te lauacra sollicitat: quod tibi principes ciuitatum siue ob culpam propriam: siue ob inuidiam ad insulas deportati sine penio futuraque mercede absque balneis perseuerant. Nemo in necessitate pati non potest: quod pro deo pati uoluntate detractat: debet celulam quae te solum capiat imo non eris solus: angelica tecum turba uersabitur: tot loci quot sancti. Legeo euangelium: fabulabitur tecum iesus: replicabis apostolos: uel prophetas: nunquid poteris tale alium tuis sermonibus habere consortem. Terra sumus et cinis et per omnia momenta de nostra salute suspensi continuo in puluere dissoluentur. Quid retractamus facere de necessitate uirtutem. Lerte quoniam moriendum est: et stercorebus plena uitalia: quae nos quotidie nostra comonent utilitatis et in simile putredine omne seculi tractura corpus. Quam cito mundi relinquamus angustias: et si forte ob continentiam: quod tamen raro accidit dolere stomachum: aestuare febribus ceperimus perpetua uitae ianuam morbum putemus plenamque uictoria: quia scriptura docete cognoscimus nullus ante uitae huius finem plene beatum esse dicendum

quam in medijs operibus et inter insulas consulatus re pentina morte subtracti sunt. Nuper imperator Valentinianus cum aduersus Sarmatas Quadosque propter illyrici uastationem in consistorio seuis infirmeret: et totius gentis exidius rigidus minaretur sanguine etumpe te discrepuit. Quid loquar de fratre eius quem contra regale fastigium Thraciae ignis absorbit: nec dum annus expletus est quo principem Gratianum prodete exercitu suo ante seceda captiuitas: debet miserabilior oppressit interitus: et ut ista taceam: quae communi sine perierunt pro morte paribus omnibus conditione sociantur quod ne quisquam eorum in die iudicii minimo de monachis comparabitur. Sectemur saltem mulierculas: sexus nos doceat infirmior: quanta diuitiis pariter et nobilitate pollentes. Nolo enim uocabula dicere ne adulari uidear relictis facultatibus pignoribusque contemptis id factu facile iudicauerit: quod tu proprio more putasti difficile id de carei carmine disce illa tibi de uariis floribus luen exorna. Esto et ipse apud delborum uictoriam imitare Barach tecum sifaram prosequatur et liberato israhel iudicum carnem ingemina et christi mella componas: si sic lampadem pro paras sponso ueniente non dormies: sed cubiculum regis intrabis. Plura cum dicere uellem et te mecum tali exhortatione retineat subito nunciatum est a secellos esse conductos qui me roma usque pertraherent: Itaque inuitus te placentiam remitto. Pelicani cum suis a serpente filios occisos mortuos inueniunt: lugent et se et sua latera percutiunt: et sanguine excusso ad corpora mortuorum reuiuiscunt. Aquila quoniam semerit grauitur ipsius pennae et oculi: quaritque fontem et erigit pennas: et colligit in se calorem: et sic oculi eius sanantur: et in fontem se ter mergit: et ita ad iuuentutem redit. Phoenix autem in India: et per quingentos annos de libano implet se aromantibus: et sic nidificat et indicat sacerdoti. Eliopolitano mense phamenothe aut Sarmuth. Implet aram sacerdos sarmentis: et ibi offert phoenix. Arda et electri arae ipodit et primo solis ortu phoenix quidem mouet pennas solis uero calore incenditur. Erastino die de cinere gignitur uermis secundo affert pennas: tertio ad antiquas redit naturam: et sic ad sua loca reuertitur. Anguis quando semerit perdit aspectum: et si uoluerit redire ad iuuentutem ieiunat quadraginta diebus: ut laxetur pellis eius et sic agustus foramen inquit ut dum nititur exire inde pelle senectutis dimittat. Coluber ad bibendum ueniens in aqua uenenam deponit: ne eum uenens aqua coniectus occidat: nudum homines timet: uestitus persequitur: caput tamen suum celat quando percutitur: ubi scit esse mortem suam. Serpens quidem si semel calamo percutiatur emoritur: si uero iterum percutiatur confirmatur brumali tempore infirmior efficitur: et a foricibus euincitur. Igitur ante hiemem circa se ut illis escam praebet. Vipera per os coitus faciunt mortem continent: sed femina in ipso coitu siue magna dulcedine exagitata siue futuri praesentia piculi dum absorbet semetipsum caput masculi abscidit et sic eum occidit: sed cum coeperit uiscera mulieris ab ipsis quos coeperit comeduntur: et sic matrem occidit. Formica quae nil portant non rapiunt onera earum quae portant: sed cum deposuerint triticum diuidunt gratiam: timet se si fuerit pluuia florescat. Vulpes si diu esurit uolunt se in puluere: et fingit se mortuam: ergo uolantia ueniunt: et dum uolunt illas comedere coeduntur. Vulpula cum leporibus ludit. Panthera Pardo similis est et est uariis coloris et mitis et si saturatus fuerit tribus diebus dormit. Post tertium diem leuat se: et clamat et sic odores suauem emittit et conuocat omnes feras quae odore ducuntur et est omnibus feris amicus praeterquam draconem et aspidem. Testudo marina quae est gradis ut insula dum emergit se de alto ostendit se in ipso



mari tanq̄ petras nec se mouet inde quoadusq; homi-  
nes naues ligent: et cum hac senserit trahit se in altus  
s; cum esurierit aperit os et bonum odorē dat ad quē  
pisees ceteri colliguntur. **P**erdit̄ aliena oua calefacit  
furatis suis: sed cum creuerint in nido uolāt: et ad pa-  
rentes suos redeunt mentitum parentē omittentes p̄  
dices sibi insidiatur: et si afferant illos ad siluā qui eos  
hnt uocem emittit absconsi et sic ceteri ueniūt: et reti-  
bz capiuntur: plus pedibus q̄ pennis fugiunt aucupā-  
tes: Et si ad hoc fuerint ut capiatur similem sibi colore  
lapidē quatunt: et ibi se supinos ponunt. **M**ulter cum  
ceperit oua edere primum de terra india intus habet  
sumit: et est tanq̄ nux et eustochium aliquid qd moue-  
tur: et sonum reddit et hoc sibi apponit: et multos qui  
dem facit fetus: unus uero remanet: nā cum nō hnt  
escam obseruant se iuicem dormiētes et comedunt se  
dōec unus remaneat. **O**yrnicoleum ab ante leo: re-  
tro formica de duabus feris nascitur: Esca uero ipsorū  
siue in primis est lac matris. i. formicæ: nutritur. n. ma-  
ter legumie tanq̄ formica sub ea conditione quā nostri  
O quoniescunq; hanc epistolā legeris toniens te scias  
quod pollicitus es eē uenturum.

**E**pistola beati Hieronymi ad Rufinum cuius ad oriē-  
tem gratulatur aduentus. **L**ui uitam uirtutesq; Bono si  
quondā cōtubernalis sui describit: qui saculo contēpto  
ad eremum uolauerat: ubi plura de laudibus eremi et  
uitæ contemplatiuæ ponuntur.

**P**LOS deum tribuere q̄ rogatur. et  
ea saepe cōcedere quæ nec oculis ui-  
dit nec auris audiuit nec in cor hōis  
ascenderunt licet ex sacrorum myste-  
rio noscimus aut cognouerim tamen  
in cā propria nunc probauit. **R**ufine carissime. Ego eis  
qui anxia satis uota gerebam si uicissitudine litterarum  
imaginem nobis p̄sentia mentiremur. Audio te alyp-  
ti secreta diu penetrare monachorum inuisere choros:  
et calescē in terris circuire familias. **O** si mihi dominus  
iesus xps uel philippi ab enucho: uel abacuc ad da-  
niēlem translationes repente cōcederet: q̄ ego nūc tua  
arctis stringerem colla nexibus: q̄ illud os qd mecum  
uel errauit aliquādo uel sapuit impressis figerē. Labiis  
uerus quia non tā ad me te sic uenire: q̄ ego ad te sic  
ire nō mereor: et inualidus etiā cū sanum esset corpus  
culus crebri fregere morbi: has litteras mei uicarias et  
tibi obuias mitto: quæ te copula amoris innexū ad me  
usq; pducant. **P**rima inopinati gaudii ab heliodoro  
sue mihi est nunciata felicitas: **N**on credebā certus qd  
certus esse cupiebam p̄sentim cum et ille ab alio audisse  
se diceret: et rei nouitas fides sermōis auferret: **R**ur-  
sum suspensam uoto nutante mentē quidā alixandrius  
indachus qui ad alyptios cōfessores et uoluntate iā  
martyres: pro plebis iam fuerat transmissus obsequio  
māifestus ad credulitatem nūti auctor impulerat: fa-  
teor et in hoc meā labasse sententiā. **N**am cū et patriā  
tuam ignoraret et nom̄ in eo tantū plus uidebatur af-  
ferre quod eadē afferrebat quæ iā alius indicauerat.  
Tandē plenus ueritatis pondus erupit. **R**ufinū eim  
nitrix esse et ad beatum p̄cessisse. **P**acharius crebra cō-  
meantius multitudo referebat: **N**ic uero tota credulita-  
tis frena laxauit: et tunc uere agrotus me esse doluit: et  
nisi me attenuata corporis uires quadā compede p̄-  
pedissent: nec mediæ feruor astatis nec nauigantibus sēp̄  
incertus mare pia festinatione gradienti ualuisset obli-  
sere. **C**redas mihi uelim frater nō sic tēpestare tactatus  
portus nauta prospectat: non sic sitientia imbres arua  
desiderant: **N**on sic curuo assidens littori anxia filium

mater expectat postq̄ me a tuo latere subitus turbo cō-  
uulsit postq̄ glutino charitatis harentes ipia distraxit  
anulsiō: tunc mihi caruleus supra caput asstitit imber:  
tunc maria undiq; undiq; cælum Tandē i incerto pe-  
grinatiōis erranti cū me **T**hratia: pōtus: atq; bithynia  
totumq; galatiæ et cappadociæ iter. et feruido clicū ter-  
ra fregisset astu syria mihi uelut fidissimus naufragio  
portus occurrit ubi ego quicquid morborū poterat esse  
expertus e duobus oculis unus perdidit: **I**nnocentiū  
eni partes animæ meæ repētinus febrili ardor abstra-  
xit. **N**unc uno et tot mihi carissio lūine euagrio nō  
fruo: cui ego sēp infirmus quidē ad labores cumulus  
accessi: **E**rat nobiscū et helias sanctæ. **M**elanix fau-  
lus qui puritate morus maculā seruitutis abluerat: et  
hic necdus obductas rescidit cicatrices: **U**erū quia de  
